TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. P_MSS_0916

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

ms.
916

BIBLIOTECA COMUNALE V. JOPPI UDINE
ms. 916
BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

Acquisto Bianchi
1 Gennajo 1884.

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

+

Nouus liber Causarum S. Officij Aquileię, Regestum scil.t Denunciatorum, spon-
tè Comparitorum, atq; per sententiam, uel aliter expeditorum, ab anno 1551.
usque ad annum 1647 inclusiuè, quo completus est hic idem liber, habetq; fo-
lia centum numericis notis pręsignata
F. Antonio ab Oculo de Ferraria Inquisitore

+ 2

1. Presb. Petrus Manelfus de monte Alboto aliàs nuncupatus de S. Vito, Senoglaniensis Dioc. sponte comparet in S. Off. Bononiæ, seq. à Fide Catholica recessisse, et ad sectam Anabaptistarum accessisse, accusat. Hæreses eiusdem Sectæ in quampluribus locis, et Ciuitatibus Italiæ euulgasse fatetur. Erratorum ueniam humiliter petit, Sanctæq. Rom. Eccl. reconciliari expostulat pro absolutionem à Censuris, quibus innodatur. Nonnullos Anabaptistas recenset, qui diuersis in locis, et Vrbibus diuagantur, et sunt — 17. octob. 1551.

Bernardinus Occhinus.
Hieronimus Spinazzella } Ord. Capucinorum.
Julius . . . . olim eiusdem Ordinis.
Joseph à Vicentia, olim Canonicus Regularis.
Joseph ab Asula.
Franciscus à Lugo Ord. Carmelit.
Marcus Ant. ab Asula.
Titianus . . . .

Hi precipui seductores extiterunt suprad. Presb. Petri, ut à Fide Cath. recederet.

2. Informationes contra Georgium Fraccanium, Joannem Jacobum generum Pasqualini Spadarij, contra ipsummet Pasqualinum, Petrum Asquillum, aliàs Cancell. Glemonæ, et contra Frem Aloysium eiusdem loci Ord. Min. Con. de hæresi diffamatos. — 28. Julij. 1557.

3. Dionysius de Rizardis Glemonensis hæreticus Lutheranus, qui et alios hæreticos, de hæresi suspectos, et Complices nominat, processatur. Vide ipsius sent., et abiurat. de formali in libro p.° sentent. in Actis huius S. Off. pag. 42. sub die ult. Nouemb. 1558. — 15. Martij. 1558.

4. Florianus de Philippinis sutor, è Ciuitat. Austriæ Aquil. Dioc., de Hæresi diffamatus, defertur, multos hæreticorum libros apud se retinere, et legere: Purgatorium negare, non Imagines uenerari necessarium dicens, esse idololatriam, Sanctos in Cælo regnare, seu uiuere minimè credere, sed esse ibi tanquam in deposito, aliaq. insuper hæreticalia tenere. Abiurat publicè, et penit. salut. eidem iniunguntur die ult. nouemb. eiusdem anni, prout in d.° p.° libro pag. 50. — 17. Aplis

1. Dominicus Marangonus è S. Daniele incola Ciuit. Fori Julij Aquil. Dioc. eadem die tanquam hæreticus, et de Hæresi publicè diffamatus, apud S. Off.m defertur, quod lectiones Librorum Hæreticorum ab Hæreticis audierit, et eorum dogmata tenuerit, et crediderit. Abiurat publicè, et penit. salut. eidem iniunguntur die suprad. scilt. ult.° Nouembris 1558., prout in eodem libro p.° pag. 59. De hoc uide infra n.° 65.

5. Petrus Paulus Vergerius denunciatur uti hæreticus Lutheranus: confecto processu informatiuo breuissimo, siletur. — 10. Maij.

6. Presb. Baltasar de Faganea Aquil. Dioc. Vic. Eccliæ S. Joannis de Synodochio accusatur uti hæreticus. Processatur, citatur, non comparet, fugam arripit. Sententiatur absens, et hæreticus declaratur. Vide sent. in cod. p.° lib. lacam die 5. Decemb. 1558. pag. 24. — die d.°

7. Jacobus Rizzardus Villæ Ausuntij Cadubrij denunciatur apud Admum D. Jo: cognomento Palatinum Arcid. Cadubrij uti hæreticus formalis, confecto processu informatiuo, aliud non apparet. — 26. d.°

Florianus

8. Florianus Sutor, de quo supra n. 4.
Aloysius de Nordis.
Presb. Hieronimus de Bernardis Can.eus
Presb. Tranquillus Lilianus Canonicus.
} è Ciuitate Austriæ deferuntur tanquam de heresi diffamati: sumuntur informationes, deinde siletur. 6. Junij 1558.

9. Presb. Hieronimus suprad. Canonicus Ciuitatensis ob heresis suspicionem, librorumq. prohibit. lectionem die 10. January 1560. prævia purgat. canonica, expeditur. 23. d.i

10. Angelus.. .. hereticus Lutheranus defertur, suum Episcopum, et Bonifacium quendam de Rouer ad sectam Lutheri amplectendam seduxisse: audito unico teste, siletur. ult. d.i

11. Nicolaus Formentinus Glemonensis diffamatus à Dionysio de Rizzardis uti de heresi suspectus, sibi opposita infringit, suumq; tuetur honorem. 19. Aug.ti

12. Joseph Aurifex Venetus incola Glemonæ denunciatur, uetitos libros apud se retinere, deq; Purgat.º male sentire. 22. Nou.bris
Marcus Ant.º Picolominus Glemonæ delatus de heresi, arripit fugam. ibidem.

13. Fr. Joannes Rubeus, uel Sauorgnanus, Ord. Pred. denunciatur ob retentionem librorum prohibit. propter heresim. die d.a

14. Jo. Bapta Aromatarius à Valuasone Concord. Diœc. denunciatur de heresi. 10. Aplis.

15. Joseph spadarius filius Pasqualini, de quo n.º 2.
Sebastiana mater d.i Joseph.
Nicolaus spadarius, eiusq. filia.
Joannes Lupus.
Camilla Vxor Marci Macarij.
Ant.º exercens artem Lanificij è Villa Preflent..
} deferuntur uti suspecti de heresi ob comestionem carnis tpe Quad. 7. Maij. 1559.

16. Presb. Prosper Poda Can.eus Concordiensis, et Presb. Horatius Grasella Capellanus, deferuntur baccanalium tpe personati in loco tripudij comparuisse habitu albo induti, quorum alter SS.mi Crucifixi Imaginem, alter uero S. Rochi ex serico contextas ad terga consutas habebat. Prosper carceri mancipatur, audiuntur testes, suntq. contestes, et ipse bis constitutus suum fatetur errorem. Horatius citatur ad ualuas Ecc. Concord; aliud non apparet. 3. Aplis.

17. Fran.cus Seruisanus Pistor Vtinensis diffamatus de heresi, processatur: at, precedente fideiussione de se presentando quotiescumque dimittitur. 15. Maij.

18. Philippus Formentinus è Ciuit. Austriæ.
Aloysius de Nordis de eadem, de quo n.º 8.
Cornelius cognomento Gallus de eadem.
Marcus Ant.º Aurifex de eadem.
Joseph de Manzano.
Joannes Mercator de eadem.
Joseph Atlimis Vtinensis.
} de heresi diffamati, constituuntur, aliud non apparet. 12. Aug.ti

19. Fr. Jacobus à S. Maria de Campanea Concord. Diœc. Ord. Min. Con. processatur ob reuelationem sacram.tis Confessionis: aliud non apparet, fortassis, quia delictum eiusmodi non spectat ad S. Off., nisi coniunctam habeat heresim, uel suspicionem heresis. 6. 8bris.

20. Filius impuber quidam Forojuliensis ob rem familiarem inuisus à Parentibus, Patre occiso, à Matre habitu S. Fran.ci Min. Con. induitur, et anno ætatis suæ 13. professionem emisit, et in Contà Rodigij collocatur; ubi post aliquot menses, dimisso habitu, pro- 1560.

fectus

fectus est Cyprum ibiq. mansit usque ad illius Regni deuastationem; captus à Turcis, post menses quadragintaseptem è captiuitate feliciter ad propria reuertitur, in domo parentum suorum moraturus, sed ab his minimè receptus, quinimo et minis eiectus, Vtinum uenit, ubi infirmatus, et in Xenodochio caritatiuè acceptus, curatur, et à mortis periculo liberatur; quo tempore inuisitur à quodam P. mag.ro Alberto Sciara Vtinensi, à quo habitum Religionis iam acceperat, et in ipsius manibus professionem emiserat. Inuitatus itaque à d.o P. m.ro, ut in Conuentum se reciperet, habitumq. Religionis resumeret, ab eodem impiè seducitur, ut se Diaconum esse dicat: deinde fraudulenter obtentis literis testimonialibus, ut ad Ord. Presbiteratus ascendere posset (quamuis nec minoribus esset initiatus ordinibus) examinatus, et approbatus; cum esset coram R. Ep.o missam celebraturo, ut sacros ordines conferret, uocatus publicè per Cancell. Ep.alem, audiuit Dnum Ep.um dicentem sibi, bella ipsum gessisse; dimisso habitu religionis, ideoq. incapacem existere Ord. sacerdotalis, dispensat.e super Irregularitate non precedente. Quo audito, statim exuit se sacerdotalibus indumentis, et ad Conuentum reuersus, quę sibi euenerant supra d.o P. M.ro patefecit, ab eoq. iussus fuit, ut illicò ad Ep.um missam celebrantem rediret, ibiq. usque ad finem Missę permaneret, deinde ad Con.tum reuerteretur, diceretq. se iam ad Presbiteratus Ordinem assumptum fuisse. At uerò timore correptus hęc dicere non est ausus. Itaque ipsemet Magister Albertus dicere cepit, illum iam factum esse sacerdotem, et post tres menses (eodem Magistro suadente) missam diebus paucis celebrauit: deinde Venetias perrexit, cumq. tam ingens peccatum ferre non posset, Vtinum reuersus, iterum habitu dimisso, uitam profugi per aliquod tempus sustinens, in Patriam reuertitur, ubi carceri mancipatur, et processatur ab Inq.re uti profugus à Religione, damnaturq. ad triremes per triennium, uel ad carcerem per quinquennium. Tandem penitens, uitę prioris cursum, errataq. S. Cong.ni aperit, ueniam, et misericordiam ab ea humiliter efflagitans.

21. Fr. Ant. Vendemia Ord. Min. Con. è Portu Gr.o defertur, in Quadrag.a, expansis retibus in horto Con.tus merulas, et turdos capere, deinde per quendam uirum, eiusq. uxorem publicè uendere. Testes sunt contestes, et ipse Reus suum fatetur errorem, cui pro sal. penit.a iniungitur, ut singulis diebus mercurij futurę Quad. usque ad Pentecostem ieiunet, ijsdemq. diebus, flexis genibus ante Altare sanctiss.i Euch. sacram.ti Psal. penit. recitet: siq. in aliquo istorum defecerit, bannitur p. annum integrum à d.o Conuentu. 22. Marzij 1560.

22. Fr. Jo. Dom.cus Sceudini è Bertinorio Pro.ię Lombardię Ord. Pred. processatur uti de heresi diffamatus; tamen sub die 7. Junij eiusdem anni expeditur, et innocens declaratur. 8. Januarij. 1561.

23. Fr. Vincentius Frassi Vtinensis Ord. Min. Con. tanquam de heresi diffamatus processatur Damnatur, in Ecclia Villę Faganeę errores, et hereses, quos, et quas precipuè ibi disseminarat, publicè reuocare. Bannitur à Custodia Fori Julij ad arbitrium. Priuatur audientia Confessionum. Jubetur in Con.tu Vtini manere, nec inde discedere, nisi post Octauam Paschę Resur. D. N. J. C., deinde penit.e salut. eidem iniunguntur. lata fuit hęc sent. 9.a die Marzij 1562. prout Lib. 9.o pag. 21. 15. d.

Qui quidem fr. Vincentius in suis depositionibus infrascriptos nominauit uti hereticos.
Frem Bernardinum de Aretis Ord. Min. Con. Franciscum Gaija
Jacobum Romanum Cauponem. Fran.cum ab Emma notarium. Hieronimum Aromatarium.
Jo: Baptam Carbonum Cancell.um et Benedictum Budalinum: habitantes erant in Spilimb.

24. fr.

24. Fr. Jacobus Veronensis Ord. S. Bened. Abbas Abbatię Moty nullius Diæc. delatus, hęreticales blasphemias per uias publicas d. loci incedendo (etiam sine habitu regulari) enomere contra Dei, eiusq. sanctissimae Matris Virginis puritatem processatur. Damnatur, per annum integrum à d. Abbatia, eiusq. districtu, et confinibus exulare: quod si confinia fregerit, et capiatur, conijciatur in carcerem per duos menses, et nihilominus ad bannum reuertatur per annum integrum. Expeditus à Vicario eiusdem Abb. die ult. Feb. 1562 | 21. Augusti 1561.

25. Franciscus de Cita de Zanes Caruisinus delatus, quod non benè sentiat de Purgatorio; deq. sanctorum intercessione; auditis testibus, non grauatur; et ipse constitutus, hęc ignorare fatetur, et uiris doctis se remittit. Processus ceptus à Vic. Comunis Cadubrij, terminatur ab Archidiacono eodem instanti propter Jurisdict. Ecclicam | 21. Martij 1562.

26 Fr. Franciscus de Flemona Ord. Min. de Obser. delatus, quod in Eccl. S. Agnetis extra muros Portus Gruarij in concione S. Joseph dixerit: Che un peccatore andandosi à confessare da un Confessor peccatore, non resta asoluto, processatur, et constitutus ait, se ignoranter, non malitiosè hęc dixisse. Ad tollendum itaque scandalum iubetur, ibidem supra pulpitum coram populo (presenti etiam P. Inq.) alta uoce reuocare propositionem pred., et ueniam petere: deinde pro penitentia sal. quinque diebus Veneris sequentibus Psalmos penit. pariter recitare iubetur. | 31. d.

27 Fr. Bartholomaeus Pagnucus è Portu Gr. Ord. Min. Con. defertur, nunquam Off. diu. persoluere, genua sanctissimo non flectere dum Chorum ingreditur, uel à Choro recedit: in Missa totum Canonem fortassis non recitare; aut Calicem consecrare. Ex dictis non remanet conuictus, nisi de negligentia: Confecto processu per P. Inq.rem, unà cum P. Ministro Prouinciali declaratur immunis ab oppositis, à quibus propterea absoluitur. Jubetur nihilominus, in publico refectionis loco coram Patribus (ijsdem P.re Inq. et Ministro Prouinciali presentibus) pro sua negligentia, indeuotione, et scandalo quomodocunque illato, ueniam humiliter petere, et in posterum diligentius, ac deuotius in prefatis se habere. | p. Aplis

28. Bernardinus dictus della Torza Vtinensis de hęresi diffamatus, processatus, et absens uti inobediens contumax, sicq. de iure confessus, et conuictus, eius bona confiscantur, ipse uero, si in fortijs deuenerit, et in sua perstiterit pertinacia, Curię seculari debita animaduersione puniendus statuitur, et sententiatur die X. Decembris eiusd. anni. | 21. Junij 1563.

29. Aloysius Flacus publicus Not. Vtin. denunciatus hęresi Lutherana laborare, deq. pluribus Fidei Catholicę articulis male sentire. Processatus. Defenditur, et premissa purgatione canonica absolutus ab oppositis die 12. Feb. 1564. Vide in lib. p. sent. pag. 25. | eod. anno

30. Presb. Barthol. Capellanus Eccl. Maioris Goritię semel hęreticalem blasphemiam defertur contra Christum Dnum. Vnicus testis citatur de auditu, qui affirmatiuè ad interrogata respondet: aliud non apparet. | 14. Aug.

31. Fr. Augustinus de Jonis Vtin. Ord. S. Bened. Prior Abbatię Mosacensis delatus apud R. D. Vic.m d. Abbatię, quod inter Missarum solemnia sermonem habens ad populum propositionem sapientem hęresim protulerit, ab eodem processatur: ipse uerò die d. uidelicet 13 9bris (nullibi siquidem in S. Off. quo die denunciatus fuerit, apparet) Cancell. suprad. D. Vic. Gnalis, cui nomen Fran. Philomelo, suas exhibet defensiones, quas antea exhibuerat D. Barnabe Pampergio eiusdem Abb. Vic. substituto, instans apud eundem expediri. Die autem undecima Xbris eidem Cancell. exhibet literas suprad. Vic. Gnalis unà cum sent. absolutoria P. Inquis. Gnalis Venet. à quo scil. die 4. eiusd. mensis expeditus fuerat, et absolutus, et in mandatis sibi | 13. 9bris

in-

iniunctum, ut propõnem, quam publicè protulerat publicè etiam, se explicando, retractaret. De hoc
iterum n.° 38

32. Fr. Hieremias Utinensis Ord. Min. Con. de hæresi diffamatus processatur. Completo processu infor- 21. Maij
mativo, pluries constituitur super sibi oppositis: Literas testimoniales in sui favorem ex- 1564.
hibet, et ad ulteriora non proceditur.

33. Joannes della Guartanuta è Villa Plani Contratæ Carneæ vitam hæreticam ducere denunciatur. 9. Junij.
Processatur, in carcerem conijcitur, constituitur, damnatur ad abiurandum publicè in Ecclesia suæ
Villæ, impositisque eidem salut. pœnit., absolvitur in forma consueta.

34. Presb. Barthol.us Pogibul uti suspectus de hæresi denunciatur, et ad instantiam Denunciantis examinantur testes 1. July.
super capitulis, quæ ipsemet exhibet contra illum. Aliud non apparet.

35. Nicolaus Marinoni Bergomensis incola Utini de hæresi diffamatus citatur. Testes probant 4. d.
contra illum: at ipse scripturam exhibet, in qua nonnullos testes iam examinatos
sibi infensos declarat, rogans, ne ad ulteriora procedatur, ipsomet non audito, in-
tendens, suum tueri honorem: offert fideiussionem; promittit ad omnem S. Off. requisi-
tionem comparere: preterea aliud non apparet.

36. Presb. Georgius Parmensis Ecclesiæ maioris Utini Capellanus, fama deferente, comisisse 30. Xbris
scil.t quædam gravia crimina, processatur; cumque ex dictis testium non gravetur,
ad ulteriora non proceditur.

37. Daniel Portonerius à S. Daniele Aquil. Diœc. à consiliarijs d.i loci processatur, quod 13. Maij
in officina cuiusdam Nardutij candelam accensam ante Imaginem D. N. J. C. 1566
cum spretu, et scandalo arripuisset, verbaque blasphema deinde protulisset. Per
Ill.mum, et R.mum D. Patriarcam Aquil. ut Patronum d.i loci Causa remittitur S.to
Officio, à quo examinantur testes, Reusque suppositus constituitur qui candelam amovis-
se fatetur, non cum spretu, sed ut ad iracundiam provocaret dictum Nardutium
ipsius amicum, negatque verba blasphemiæ protulisse. Itaque utroque completo
processu, remittitur Causa Ill.mo D. Patr. in eisdem terminis, in quibus ab ipsomet
S. Off. fuerat delegata.

38. Fr. August.s de Gossis, de quo supra n.° 31. Prior Abbatiæ Mosacensis Aquil. Diœc. defertur; 7. Junij
quod inter Missarum solemnia sermonem habens ad populum, dixerit: Sanctum
Missæ sacrificium existentibus in pecc.o mortali nil prodesse. Vocatus, et constitutus ait, se taliter
fuisse locutum simpliciter ad terrorem; ut scil.t obstinatos in malis ad sacram.tum Confess.is; et
ad ss. Co.ionem excitaret; ostenditque l.ras R.mi P.ris Inq.ris Venet., à quo præuio processu super
propõne præd.a formato, fuit absolutus uti pius, ac de rebus fidei bene sentiens: tamen cum
onere exponendi clarius inter Missarum solemnia, quam habuit intentionem cum dixit:
Existentib. in pecc.o mor. Sanct. Missæ Sacrif. nil prodesse; addens scil. prodesse vivis, et de-
functis, ac etiam in peccatis mort. existentibus dispositivè, et offerri pro peccatis to-
tius populi, quemadmodum S. Mater Ecclesia statuit, tenet, ac docet: quæ omnia fecisse os-
tendit, et dimissus fuit.

39. Fr. Jacobus Veronensis Monacus S. Benedicti in Villa Attimis (Aquil. Diœc.) aliisque adiacentibus Villis, 22. d.
defertur, habitu sæculari indutus uti miles armatus continuò, et scandalosè incedere: Missam
eodem habitu retento sub sacris Vestibus celebrare: Personatus, itemque armatus in Carnisprivio
choreas ducere; sacram.ta Euch., et Extr. Unct. infirmis armatus pariter ministrare. Personaliter
citatus, non comparet. Citatur ad valvas S. Antonij Utini, neque mandatis S. Off. obtemperat.
Aliud non apparet.

40 Fr.

40\. Fr. Jo: Bapta Utin. Ord. Pred. defertur uti suspectus de heresi propter nonnulla scripta pre-stigiosa in ipsius habitatione ab alio Religioso unà simul cum illo ibidem comorante inuenta, et ab eodem S. Off.o exhibita. Constituitur, et scripta illa ex similibus se transcripsisse fatetur ad instantiam quorundam secularium, iam annis octo elapsis, qui postea non sunt amplius reuersi sua scripta recepturi: cumque eorum nominum diceret, non recordari, iubetur, ut ad sui Conuentus carceres se recipiat: confugit autem ad suum Vic.m Pralem, cui sub grauissimis penis p. S. Off. districtè precipitur, ut d.m f. Jo. Baptam realr, et cum effectu carceribus S. Off. presentet, et consignet; quod quidem p alium fratrem d. Ord. statim exequitur. Iterum ergo constituitur d. f. Jo: Bapta, sed cum ab eo nihil aliud haberi potest, iubetur ad carcerem rediri, uel ubi Pau Comiss. S. Off. magis libuerit redigi ex gra quia eiusdem Ord.s Vide illius sent. in lib. p. pag. 28. — 22. Aug.ti 1566.

41\. Marcus Ant.s Varotta Venetus curiositatis gratia Lugdunum pergit, deinde Geneuam, ubi maledicti Caluini sectam amplectitur; plura alia hereticorum loca perlustrat: quo fit, ut pertinacius, et obstinatius sectam illam sequatur, alijsque sequendam proponat. Tandem (Dei aspirante gra) ad cor rediens, ex magna illarum sectarum diuisione, et contrarietate agnoscit, unam esse debere Ecc.liam, et unam Fidem, hanc uerò solam esse Ecc.liam Romanam, eiusque, quam tenet, docet, et predicat fidem catholicam, pariter agnoscit. In Italiam itaque dirigit gressus, et Frisaci grauiter decumbens, omni destitutus humano auxilio, ad Cenobium fratrum S. Dominici se confert, à quibus benignè, et caritatiuè recipitur; errata trium annorum uni ex illis Patribus sacramliter confitetur, petitque absolui: at uerò ab his concorditer Utinum mittitur ad S. Off. ubi sue uite cursum enarrans, humlr errorum ueniam petit, sancteque Catholice, et Aplice Romane Ecc.lie reconciliari supplex rogat. Heresibus itaque per eum abiuratis, absoluitur in forma consueta et S. Romane Ecclesie restituitur. — 27. Jan.ij 1567.

42\. Julius Pasauolanti Glemonensis uti hereticus uel de heresi suspectus denunciatur. Citatus comparet: Constituitur; examinantur testes, preuiaque purgatione canonica dimittitur. — 19. 7bris

43\. Angelus Michelut. / Melchior Vatris. / Dominicus Mel. } omnes è Villa Varmi Aquil. Dioc. uetitos cibos in nocte Dominice Palmarum insimul comedisse deferuntur. Audiuntur nonulli testes de uisu: preterea nihil. — 14 Aplis 1568.

44\. Ambrosius Castenarius, faber, Teutonicus de Cirebia ditionis Labaci (Lubiana) hereticus alios in suas hereses pertrahere conatur. Processatur, conijcitur in carcerem, constuitur, pertinax, et impenitens in suis heresibus, brachio seculari relinquitur digna animaduersione puniendus. In loco itaque carceris noctis tpore strangulatur, ipsiusque cadauer extra portam Cussignani humatur. Lata fuit hec sent. die 6. 7bris eiusdem anni, prout in lib. p.o sententiarum in Actis huius S. Off. pag. 31. — 26. July

45\. Catharina Liberalis relicta q. Adami sculptoris de Bauaria uti leuiter suspecta de heresi processatur: Abiurat pariter de leui coram tribus testibus, absoluitur: et eidem iniunctis sal. penit. dimittitur. Lata fuit hec sent. die ij. Jan. 1569. prout in suprad.o libro pag. 35. Ex eodem autem processu resultat, Joannem Brugnum Germanum, eiusque Uxorem Luciam carnes comedisse diebus uetitis, sacramlem Confessionem, sanctissimumque Euchar. Sacramentum sperneré: at uerò de istis, eo quod absint, siletur. — 2. Aug.ti

46\. Presb. Jo. Bapta Clarius Utinen, non semel, sed iteratis uicibus apud S. Off. de heresi diffamatur: carceri mancipatur: pluriès constuitur, tandem errata confitetur. Inuenitur ergo habitum S. Dominici induisse, professionem emisisse, deinde habitum dimisisse, sacros Ordines, et Presbiteratum pariter suscepisse: à Fide Catholica defecisse, et ad impijssima hereticorum dogmata se conuertisse, eaque ore, et scripto alios edocuisse. — p. 7bris

contra

contra Summum Pontif. tunc Pium IV, aliosq. Sumos Pontifices, eorum leges, et sanctiones, contra sacramenta, et sacro Ritus Eccl.ę S. Romanę, scriptis acriter blasphemasse. Publicè abiurat in Ecc. maiori Ciuitatensi, ut ubi pręcipuè scandalum intulit, ędificationem tribuat, et pęnitentiam subeat. Solemniter absoluitur. Per annos quattuor in Monasterium conijcitur loco carceris, aliaq. pęnalia, et salutaria p idem tempus eidem infliguntur. Initio p. libri sententiarũ in Reos huius S. Off. multa habentur, quę desunt in corpore processus contra suprad.m Reum.

47. Franciscus Salonus Venetus incola Villę Clusa propter blasphemias hęreticales, esum ciborum uetitorũ diebus Veneris, Sabbati, et in Quadragesima: ob contemptũ sacrosanctę Missę, sacramẽtis Confess.is, Sumi Pontificis, et familiaritatem cũ Hęreticis, tanquã de hęresi suspectus, imò uti uerè hęreticus, denunciatur S. Officio. Citatus, non comparet. Vocatus sub pęna excõicat. comparet. In carcerem conijcitur, constitutus, ueritatem renuit aperire: oblatis sibi defensionibus, errata confitetur, et misericordiam exposcit. Itaq. uti hęreticus pęnitens solemniter in Eccl.a maiori Vtini errata abiurarẽ iubetur, ibiq. absoluitur. Ad predictã Villam, se conferrẽ pariter iubetur, et quinque festiuis diebus antẽ fores Eccl.ę Missarum temporẽ, flexis genibus, aperto capitẽ, nudis pedibus, cũ candela in manibus accensa, cogitur permanerẽ; quinto uerò die festiuo iubetur, ut p Reu. Curatũ eiusdem Villę introducerẽ se faciat in eandem Ecclesiam. Toto suę uitę temporẽ in inclita Ciuitatẽ Venet. relegatur. Decem annis sequentibus sacramẽtr confiteri, et Euch. sumerẽ iubetur in quattuor solemnioribus festiuitatibus, sicut mos est apud S. Off. singulisq. dictis annis hõrũ testimonia authentica ex Confessarijs eidem S. Off. mittere. Eodem quoque tpore diebus singulis Missam audirẽ, psalmos pęnit. cum litanijs, et precibus sequentibus, et B. Virg. Marię Coronã recitarẽ, singulis item diebus Veneris ieiunarẽ, temporẽ uerò Quad. diebus pariter Veneris ieiunarẽ, pane et aqua contentus. lata fuit prefata sent. die 3. July 1583. ut in d. lib. pag. 124. Idem Fran. die 28. Aplis 1589 facultatem humiltr petit, ut ad cędenda lignamina pro Arsenali Venet. se conferrẽ posit in Silvis Carnię; mittitq. testimonia de confessionibus adminis, et de ss. Euch. sumpta annis 1588. et 89. Conceditur ei facultas, dummodo et precedentium annorum testimonia transmittat, sacramẽtr scil. peccata sua fuisse confessum, et ss. Euch. sumpsisse, aliàs facultas data nulla sit. Vide petitionem eiusmodi in eodem lib. p.o sent. in Reos pag. 127. De hoc iterum n.o 95. 29. Aplis 1589.

48. Fr. Bernardinus de Pulcinico Ord. Min. Con. Guard. in Contu Goritię per scripturã, et fidem authenticam testificatur apud Illmum D. Epũm Austrię, se pluriès sacramentalem Confess. excepissẽ cuiusdam Jo. Marię Rebrini hęretici, eidemq. ss. Euch. sacram.m ministrasse. Testes concordant in facto, illum tamen excusant, qd simplr, et ignoranter egerit, cum sit senex. Itaque et ipse constitutus, ex inaduertentia deliquissẽ fatetur, eo quod tunc tporis cum fidem, siue attestationem scripsit, subscripsit, sigillauitq., infirmabatur: igitur tanquã defensor. et fautor hęreticorum iubetur, se purgare, in qua purgat.e iurat, intentionem suã fuissẽ, testificari Confessionem, et Comunionem suprad.i Jo. Marię pro eo tporẽ, quo erat catholicus, non autem ex quo defecerat à Fide catholica, iam uiginti circiter annis elapsis. Ad soluendam igitur certam pecuniam damnatq. pro Tabernaculo conficiendo in nrã Eccl.ia, et publicè inibi fatendum suum errorem tribus diebus festis corã populo. suspenditur p annum ab excipiendis fidelium sacramẽtes Confess.es additisq. eidem salut.bus pęnit. absoluitur ab exc.e; et ad Guardianatus Off. restituitur. p.a Martij 1571.
De prenominato autem hęretico infra n.o 55.

49. Joannes Foresta [di sala] incola Ciuidati primò catholicus postea hæreticus. citatur ad ualuas suæ habitationis, deinde siletur: sed iterum de eodem infra n.° 56. 18. 7bris 1571

50. Jo: Bapta Codessa Not. è Villa Gonars ditionis Goritiæ uti suspectus de hæresi citatur. Auditis testibus, ipse quoque auditur; at callidè respondet; iubetur ergo sub pœna pecuniaria, ut in posterum cum alijs Christi fidelibus sacrosancto Missæ sacrificio, et Processionibus omnino intersit, et pro nunc dimittitur. ij. Xbris

51. In Ecclia nuncupata: la madoña di monti, iuxta unum Altare inuenitur stercoratio, et imago lignea S. michaelis Arcang. in crure dextro cernitur uulnerata. Testes deponunt, moris esse dicti loci in diebus solemnibus, mulieres ad præfatã Ecclia devotionis grã de longe uenientes in eandem Ecclesiam recipere, ac retinere, ianuis clausis, ne simul cum feminis noctis tpore morentur et uiri; propterea nonnunquã stercorationes ibidem fuisse inuentas: quendam uerò Juuenem ignotum dum esset iuxta imaginem S. michaelis hæc uerba dixisse: Voglio uedere se la corazza di S. michiele è forte. His habitis, siletur. 12. Aug. 1572

52. Fr. Martialis Valenti de Casale maiori Prou. Bononiæ Ord. min. Con. Guard. Goritiæ hæresis suspicionem de se infert: Quod cadauera Julij Campanæ, et mulieris, cui nomen: Bulfa Neunasera de hæresi publicè diffamatorum humari fecerit in Cœmeterio Ecclię min. Con. Auditis testibus, ipse pariter constituitur, ab oppositis se defendit, et dimittitur. Vide sent. eius absolutoriam in lib. p.° sent. in Reos huius S. Off. pag. 166. Latam die 7. Julij 1580. 28. d.

53. Fr. Stefanus Locatellus Vtin. Ord. Præd. scriptum quoddam ad amorem apud se habuisse, retinuisse, et cuidam dedisse defertur à quadam femina Lucia Cordrra: sed cum nihil actum sit legitimè aduersus d.m frem Stefanum, illa torturatur, iste uerò ab obiectis absoluitur, ac dimittitur die 18. Junij 1575. 8. 8bris

54. Fr. Ant. Pielisinus Glemonensis Ord. min. Con. Julium Passauolanti ipsius Consubrinum uti suspectu de heresi denunciauit apud S. Off. die 19. 7bris 1567, de quo n. 42. Nunc uerò contra eundem falsò denunciasse fatetur, ab eoq. ueniam petit et chirographum conficit de ipso resarciendo pro expensis, damno, et interesse. super his ergo unicus auditur testis aduersus frem Ant., deinde siletur. 14. Xbris

55. Jo. Maria Rebeinus Brixiensis (uel Bergomensis) de quo supra n. 48. hæreticus seductor è toto Goritiensi territorio expulsus, tandem moritur, et circa ipsius cadauer miraculũ factum esse narratur (at uerius dixerim opus diabolicum) siquidem cadauer intra arcam ligneã reponitur, et clauis ferreis fortiter obseratur, supra currum reponitur, et ligatur, ad flumen Vipau deportandum, ut in eo præcipitetur. Diabolus autem immittit uentũ ualidum contra currum, rapit in altum stoream, qua obtegitur area, eaq. amplius non apparet. Proijcit arcam de curru, et aperitur, faciesq. cadaueris, ueluti feræ unguibus cernitur lacerata. Iterum clauditur arca, et reponitur supra currum, sed ualidiori uento immisso à diabolo, niue, ac tenebris superadditis, iterum arca maiori cum impetu præcipitata de curru aperitur, et cadauer non inuenitur. 29. d.

56. Joannes Foresta Brixiensis [di sala] de quo supra n. 49. denunciatur, comedisse carnes diebus uetitis, aliaq. plura hæreticalia fecisse, et asseruisse. Audiuntur testes, et ipse repetitis uicibus constituitur. Tandem, præcedente purgat.e canonica, liber dimittitur. 4. Aplis 1573

57. Bulfangus Nocauser è Prouincia Carintiæ denunciatur fama deferente carnes comedisse diebus exceptis ab Ecclia, summiq. Pontificis auctoritati detraxisse. Plures examinantur testes, è quorũ dictis comperitur, ipsum esse hæreticum, et in Villa Eberndorffensi, quę est Hæreticorum, morari. 4. Febr. 1574

58. Fr. Andreas Nimis Ord. min. de Obser. ob negromantica scripta ad effodiendos thesauros sequestratur in Contu S. Georgij Ciuidati (Hæc tamen sequestratio facta p Pat.em Inq.em, siue per S. Off. 16. Xbris

S. Off. nullibi apparet, et uix elicitur ex processu, fortassis ergo oretenus facta fuit? sequestratus, amicitiam, et familiaritatem contraxit cum Heretico, et quendam sui Ord.is fratrem per epistolas conatur subuertere, ut, dimisso habitu, in Germaniam se conferat, eidem Heretico famulaturus. Auditis tribus d. Ord. fratribus contestibus, siletur.

59. Fran.cus Senensis hereticas propones protulisse defertur, ut feminam quandam uxoratam, quam consuetudinarie carnaliter cognoscebat; ipsa uero suo Viro adherere cupiebat; iterum ad peccatum inuitaret. De eodem infra n.° 62. — 4. Januarij 1575.

60. Marcus Ant. Pichisinus Glemonensis de heresi suspectus, ac diffamatus, processatus, constituitur, confessus, iubetur, quattuor diebus Dominicis, ante fores Ecclie maioris Glemone, nudato capite, cum candela accensa in manibus flexis genibus permanere tempore misse solemnis: deinde per Reu. Plebanum in Ecclia introducatur: additisq; salut. penit., absoluitur ac dimittitur. Lata fuit prefata sent. die ult. Nouembris 1578., et habetur in supradicto p.° libro, pag. 48. Post annos aliquot inuenitur relapsus, et ad carcerem perpetuum damnatur, prout in processu pag. 54. Hec autem damnatio facta fuit die 22. Xbris 1582. — die d.°

62. Fran.cus Senensis, de quo supra n.° 59. indiciatur de mala consuetud.e cum eadem femina, ipsius fratria, seu cugnata; et ut facilius eam alliceret ad peccandum, conatus sic eidem suadere, Deum non esse, neq; Sanctos, et animam nram esse mortalem, sicuti corpus. Audiuntur nonnulli testes, et ipsa pariter femina constituitur; deinde siletur — 15. Febr.

61. Fr. Jo: Fran.cus de Nigris Vtinensis Ord. Min. de Obser. sponte de lectione ac transcriptione librorum artis magice, et ad amorem, se accusat, eosdemq; nominat, a quibus dictos libros mutuo accepit, restituitq;, ueniam, et absolut. humiliter petens. Absoluitur, et additis salutaribus penit., dimittitur. — 10. Januarij.

63. Fr. Barthol. Vicentinus Ord. min: Con. Guard. Vtini S. Off.o delatus uti de heresi suspectus, et blasphemus, processatur, constituitur; et precedenti purgat.e can.ca, additisq. salut. penit., et inhibitione, ne amplius ludentibus intersit, absoluitur; ac dimittitur. — 2. Martij.

64. Baptista Moducus officialis publicus Ciuidati, et Paulus Gasparutus e Villa Gassico Aq. Dioc. uti malefici processantur; constituuntur; errata confitentur, que et abiurare coguntur; deinde per sex menses damnantur ad carcerem, et salutaribus eisdem iniunctis penit., absoluuntur ab exc. Late fuerunt prefate sent. die 26. Nou. 1581., et publice in Ecclia S. Francisci Ciuit. Fori Julij habite fuerunt abiurationes die eadem: habes unam pag. 90., alteram uero pag. 94. primi libri sent. in Reos huius S. Officij. — 21. d.°

65. Dominicus Faberlignarius, de quo supra n.° 4. denunciatur uti hereticus relapsus, et probatur per testes: pluries constituitur; et callide ad interrogata respondens, impenitens, et pertinax dignoscitur: fracto carcere, arripit fugam: captus, iterum, atq; iterum constituitur; et in suis erroribus cor eius induratum reperitur: quodam mane ipsius cadauer exanime inuenitur in carcere, statimq. fit consultatio de eodem publice concremando: aliud non ap. — 7. Aprilis.

66. Jo. Bapta Ciuidinus Ciuitatensis, ex hebreo factus Christianus, iterum iudaizare deprehenditur: testes nonnulli ex officio assumuntur ad examen, ipse uero in carcerem coniicitur, constituitur; post examen ad carcerem remittitur, anime aliud non apparet.

67. Lucas quidam de Paderno Aq. Dioc. S. Off. defertur, quod in die sabbati fabas cum carne coctas publice dispensauerit, corripientem sacerdotem contempserit, aquam benedictam magna cum execratione spreuerit, innodatus exc.ne Ecclesiam intrauerit, et Eucharistiam sumpserit suo proximo irreconciliatus. Post annum fertur, quod penitentia ductus ueniam coram P. Inq.re sponte petierit, a quo absolutus, extremum uite sue diem clausit. — 8. decembris

67. Fr. Marcus Ant.s Falcomarius de Campanea Ord. Min. Con. indiciatur, quod Indulgentias iam revocatas non semel in Eccl.ia publice exposuerit: sumitur ex Officio examen unius testis, et ipse quoque constituitur, idq; fecisse, ait, non ex malitia, sed ex simplicitate, et veniam petit. 6. 7bris 1577.

68. Fr. Bartol.s Pagnucus, de quo supra n. 27, a Portu Gr.o minorita Con; post sui obitum male indiciatur apud S. Off; plures ergo examinantur testes ex off.o et in operibus valde de haeresi suspectis obijsse invenitur. 4. 8bris

69. Vincentius Iurianus et Mandricardus ipsius frater de S. Vito Concord. Dioc. indiciantur uti de haeresi suspecti propter esum vetitorum ciborum tpore Quad; unicus testis auditur ex off.o; deinde siletur. 9. d.e

70. Fr. Bernardinus de Marostica Ord. Min. Con. indiciatur uti de haeresi suspectus. Examinantur testes ex Off.o e quorum dictis valde de heresi suspectus reprehenditur ex factis magicis et sortilegijs, super quibus et ipsemet bis constitutus manet gravatus. Remittitur ad suum Monasterium cum onere se presentandi S. Off.o toties quoties. 26. 9bris

71. Michael Zosettus e Villa Marina dictus Vecellatori indiciatur apud S. Off. quod carnem comedat omnibus diebus, missam nunquam integre audiat, sed, peracto Evangelio, ab Eccl.ia (quam nunquam ingreditur, manens in porta) discedit: semel tantum viginti annorum spatio sacramentaliter confessus sit, et Euchar. sumpserit, inquiens corripientibus illum, sufficere semel in vita confiteri et communicare: Christum Dnum auditionem Missae non praecepisse, sed Evangelij tantum, propter quod, lecto Evangelio in Missa (cui rarissime intervenit) statim discedere. Pulcinici die 9. Feb. 1580. coram P. Inq.re sponte comparens, de ipsius mandato statim ad Terram Portus Gruarij cum eodem P. Inq.re se confert: die autem 16. Maij eiusdem anni citatur ad S. Off; sed non comparet. Aliud non apparet. 17. Maij 1576

72. Joannes Spica publicus Praeceptor Glemonae indiciatur, habere apud se librum, cui titulus: Confessio Augustana: Auditis nonnullis testibus ex officio, siletur. 20. 7bris

73. Antonius Vencellius Sarvisinus indiciatur, carnes comedere tpe Quad.m; nunquam Missam audire; sumuntur testes ex Off.o et ex dictis eorum habetur d.m Ant. hereticam vitam ducere. A Judice seculari ob alia facinora damnatus ad triremes, moritur. 26. Febr. 1578

74. Petrus, et Thomas fratres de Runitis a Portu Naon. indiciantur uti de heresi suspecti. Plures examinantur testes ex Off; et heretice eos vivere deprehenduntur. Petrus sponte coram P. Inq. se sistit dicens: Ad ipsius aures pervenisse, in S. Off. contra ipsum mee agi ex ommissione annuae confess.is et communionis; contrarium tamen probare se velle. Quare praecipitur ei, fideiussionem dare de comparendo in S. Off. toties &c. Interim testium examina prosequuntur, e quorum dictis uterque gravatur. Ad comparendum itaque personaliter citantur, et Thomas tam suo nomine, quam Petri personaliter coram P. Inq. comparens, petit, sibi prorogari terminum. Praeterea siletur. 23. Martij

75. Antonia nuncupata: la Molizza indiciatur uti sortilega: sumuntur testes ex Off, et contra illam deponunt. Constituitur, et callide respondet. Dimittitur, et arripit fugam. Citatur ad valvas Eccl.iae suae Villae (Sarcenti Aq. Dioc.) et non comparet. Citatur ad valvas Ecclesiae S. Antonij Utini, neque comparet. Per sententiam diffinitivam declaratur Haeretica, et Curiae seculari relinquitur punienda. 10. Junij

76. Habitatores loci nuncupati Chamau supra Villam Pallwiza Contratae Carneae in canali S. Petri, praecipue vero Emilianus ...., et Joannes Mentil Caupones indiciantur carnes comedere diebus exceptis ab Eccl.ia, annuamq. Confess. et Comunionem ommisisse. Examinantur testes ex Off.; cumq. nihil, quod poenam mereatur ex dictis testium, ipsorumq. Emiliani, et Joannis resultet; fit consultatio inhibendi eisdem, ne in posterum carnes edendas apponant Theutonicis hospitantibus apud ipsos temporibus vetitis ab Eccl.ia, et quod annuae Confess. et comuni satisfaciant. 27. d.e

77.

77. Julius Passauolanti Glemonensis, de quo supra n. 42., magnificę illi Comunitati defertur dixisse: Che non si curaua, se non si dicesse mai messa: ab eadem ergo Coitate examinantur testes, è quibus quattuor inueniuntur Presbiteri examinati, facultat. et consensu prehabitis à Rmo Dno Paulo Bisantio Epo Cattarensi Suffraganeo, et Vic. Gnali Aquileiensi: quod quidem constat ex dictis eorundem Presbiterorum à P. Inq. Aquil. examinatorum in processu ab ipsomet formato aduersus suprad.m Julianum, prout sequitur. ij. Januarij 1579.

78. Julius ergo presb. ex dictis plurium testium constat, missam non audire, annuam Confess. et Coionem ommittere, libros Martini Luteri apud se retinere, et coiter pro hęretico Luterano haberi: at preuenienti morte, non perficitur processus. 15. d.ti

79. Joannes q. Jo. Petri è Villa Soletto incola Portus Naonis uti suspectus de hęresi ex delicto bigamię patrato: habitis duorum testium dictis, citatur ad respondendum: formantur capitula testibus proponenda pro habenda ueritate: aliud non apparet apud S. Officium. Tamen in libro 2. sententiarum contra Reos huius S. Off. pag. 56. reperitur d.m Joannem per Dnum Scipione Bonauerium JVD. Vic. Gnalem in toto Epatu Concordiensi fuisse processatum, repertumque reum ex matrimonio contracto cum secunda Vxore uiuenti prima: quare iussus fuit intra terminum 10. dierum dimittere secundam Vxorem, et p.am reaccipere + sub pęna exc., fuitque damnatus ad pęnam fustigationis per totam Terram Portus Naonis, et simul declaratus infamis. 22. Martij. + uti adulteram,

80. Joannes Mantuanus, et Elisabeth ipsius uxor de Portu Gruario deferuntur per nuntium publicum citasse Mattheum Gentilinum ad comparendum spatio trium mensium, minus diebus septem, in Valle Josaphat. 28. Maij.

81. Mulier quędam innominata abortitur, unaque cum uiro suo sponte se sistit coram suprad. D. Scipione Bonauerio Vic. Gnali Concord. qui, audita illius mulieris confess., eandem cum uiro suo remittit Curato proprię Villę, scribens, penitentiam dictę fęminę iniunxisse: ut scil. per annum integrum qualibet feria sexta ieiunet, pane, et aqua contenta, terque Orationem Dominicam, totidemque Salutationem Angelicam recitet pro aia abortus. Aduersus d.m D. Vic. P. Inq. examinat testes, et sunt concordes. Vnus autem Vic. sponte se sistit coram S. Off. ciuit. Venetiarum, cui et scripturam protestationis factę in Capitulo Concord. exhibet, et liber dimittitur ueluti ab omni hęresis suspitione immunis. 23. Junij

82. In Ecclia S. Georgij Villę Bagnarię dioc. Concord. defertur, furatum esse Vas argenteum, in quo reconditum erat Sanctiss.m Euchar. Sacramentum. Plures constituuntur testes. deinde siletur. 22. Julij

83. Fr. Sixtus Venturinus Vtinensis Ord. min. Con. processatur per Rem Mrum Hieronimum Jacobellum de Tolentino Regnorum Boemię, Austrię, et Morauię Gnalem Commiss.; acceptis Capitulis, super quibus interrogandi sunt testes à P. Mro Julio Columberto de Anisio Inq. Aq. et Concordię. Ex dictis ergo testium habetur, quod cum d. fr. Sixtus esset Guard. Brunę, tpore Quad. et alijs diebus ieiuniorum carnes comederit, et comedendas alijs apposuerit in mensa. Quod item particulas consacratas corruptas irreuerenter post Altare proiecerit; quodque processatus fuerit, pęnitentiatus, et abiurauerit. 14. 7bris

84. Presb. Stefanus Arbensis Vic. in Plebe Vipaci denunciatur uti suspectus de hęresi Quod scil. plurium insimul Coium peccata exceperit, neglecta auriculari confess. omnesque unica absolut. promiscuè absoluerit. Sacramentum Euchar. sub utraque specie administrauerit: idem extra Missam consacrauerit, et in eodem administrando quodam hęreticali libello usus fuerit, eoque uti coegerit Capellanos sibi subiectos. Carnes diebus ieiuniorum comederit, alijsque edendas apposuerit. Quod hęreticorum cadauera in Cęmeterio humari permiserit. Artem magicam 19. 8bris

pro

pro rebus perditis inueniendis exercuerit, et familiaritatem cum demonibus se habere ostenderit. Examinantur testes: citatur, personaliter presto est: constituitur; et partim propria confess., partim dictis testium conuictus deprehenditur. In suis constitutis non semel erratorum ueniam et misericordiam petit, subdens, se paratum esse ad abiurandum omnia, que operatus est, ut supra et alias etiam quascunque hereses, erroresque contra fidem catholicam, et in futurum catholicam uelle ducere uitam. Abiurat itaque in Sacrario Ecclie S. Fran.ci Goritie. Per quinquennium damnatur ad carcerem: adduntur penit. salutares; ut scil.t per idem tempus sexta qualibet feria ieiunet; septem psal. penit. cum litanijs, precibus, et orationibus sequentibus recitet ante Imaginem SS.mi Crucifixi: et deinceps quoque per alios dies cuiuscunque hebdomade usque ad extremum uite sue. Quod item corpora hereticorum ipsomet permittente, in Cemeterio sepulta fuer., exhumat (si tamen cognosci poterunt) et extra locum sacrum reponat. Lata fuit hec sent. die 10. Junij. 1580. prout in libro p.o sent. in Reos huius S. Off. pag. 80.

85. Thomas de Rusitis à Portu Naonis (de quo supra n. 74.) citatur in S. Off.o ubi pluries constitutus, reperitur multa iocosè, et insolenter protulisse de Deo, de Indulgentijs, de SS. Eucharistia, de aqua benedicta, de sacris Ritibus; sacram scripturam iocosè, uel adduxisse, uel interpretatus fuisse. Ore blasphemo turpissimo, immundissimo, nefandissimo, insolentissimo quedam protulisse uerba obscena de quodam Crucifixo ligneo peruetusto, multumque à tineis corrupto. Cardinales, aliosque S.R.E. Prelatos, et ipsum summum Pontificem despexisse, eiusdemque auctoritatem abnegasse. Ore item blasphemo, ac diabolico dixisse: diabolum plus posse, quàm Deum: sanctos non esse inuocandos, nec eorum Imagines uenerandas, neque pro nobis orare, siue intercedere posse. Immortalitatem aie. et Purgat.m negasse; magicas artes ad res deperditas inueniendas exercuisse; aliaque permulta hereticalia uel commisisse, uel fuisse locutum: propter que habitus de heresis labe uehementer suspectus, abiurare cogitur, damnatur ad carcerem perpetuum, et non leues penit.e salutares eidem iniunguntur. At uerò neque carceris penam sentit, neque penit. salut. incipit adimplere, unicque sibi indulgentissimè comutatis ut scil. unam Planetam ualoris sex ducatorum eroget Ecclie S. Fran.ci de Portu Naone. Lata fuit prefata sent.a die 7. Maij 1584. et habetur in libro 2.o sententiarum in Reos, incipitque à tergo pag. 51., forma uerò abiurationis habetur pag. 50. eiusdem libri. ij. January 1580.

86. Presb. Gabriel Venetus Curatus Dardaci Dioc. inditiatur dixisse: Beatum Fran.m post mortem prohibitum fuisse ingressu Regni Celestis, quia ad portas illas Celi solus sine socio peruenit, iussumque ibi socium expectare. constitutus, negat, se unquam talem propositionem protulisse. 8. Febr.

87. Simon Sicardus è Villa Plani Aq. Dioc. fama pub. defferente denunciatur de heresi suspectus. Examinantur testes, et ipse Simon pluries constitutus ex suis dictis reus deprehenditur: Libros quippe prohibitos domi habuit, eorumque lectioni deditus fuit: Purgatorium et auricularem confess. necessariam esse negauit, quam et multis annis omisit: Diebus ieiunij uetitos cibos Teutonicis edendos in mensa apposuit. Paroco inter Missarum solemnia id prohibenti audacter respondit, apponere uelle Teutonicis quicquid eis placuerit, uel sibimet libuerit. Eidem Paroco concionanti uerbis iniuriosis pluries respondit; presertim sermonem habenti ad populum de Matrimonio non contrahendo sine Parochi licentia, ipse Simon publicè negauit, se id seruare uelle inquiens, quod nullus unquam Presbiter aliquam ex suis filiabus in Matrimonium coniunget, quod et seruauit, Catharinam ipsius filiam nuptui tradendo, Paroco non accersito. Ecclias edificare superuacaneum esse affirmauit, cum Deus adorari possit in omni loco. Nullum Sacerdotem, qui in maiori peccato reperiatur excoicare posse dixit, aliaque plura dixit, et fecit: Abiurare itaque iubetur de uehementi: Deinde in die uno festiuo similiter iubetur, post Misse celebrationem coram populo ueniam petere à Reu. Paroco ante fores Ecclie Tulmetij flexis genibus stare per sex menses in diebus festiuis cum can- 6. Aplis.

candela accensa in manibus quousque completa fuerit missa: semel in hebdomada toto uitę suę tpore Vesperas defunctorum, et B. M. V. Coronam recitare. Et non audeat ullo unquam tpore publicè, uel priuatim euangelizare sub pena banni. Tandem per annum integrum damnatur loco carceris intra confinia territorij Sulmezzi, et Villę Palluez permanere, neque inde discedere absque licentia in scriptis ab hoc S. Off. obtinenda sub pena banni. Et fuit absolutus ab Exc. in forma Ecclię. Lata fuit hęc sent. die 24. 7bris 1581. prout in lib. p. sent. in Reos huius S. Off. pag. 84. et in Ecclia S. Stefani Villę Plani promulgata, ubi et abiurauit.

Praenotatus processus per Clariss. D. Marcum Zeno tunc tporis Patrię Fori Julij Locumt. Gnalem declaratus fuit nullius ualoris, eo quod formatus fuerit absque sui, uel ipsius Vic. pntia. Quapropter iterum citati fuerunt testes, qui suas deposit. ratas habuerunt, pntibus Dno Vic. Pret., Dno Vic. Gnali Patriarcali, et duobus Doctoribus, et sic processus extitit conualidatus.

88. Georgius Podarius, Andreas Lanz, Ant. Pattolinus, et quidam alij de Venzono Aq. Dioc., in die sancto Paschę, post prandium tpe Concionis in Ecc. maiori d. loci, in Capella, in qua SS. Euch. sacramentum reconditum erat ad representandam Xpi Dni sepulturam mensam parare, ibique combibisse, et compotasse deferuntur. Examinatis testes Utini, deinde P. Inq. ad prefatum locum pergit processum perfecturus: at ubi Georgium obijsse intelligit, Andream Lanz Venetias se contulisse, ibique manere, et iam annos quinque à patrato delicto effluxisse, illudque ab hominum memoria ferè excidisse, stetit gradum. ij. Aplis. 1580.

89. Martinus Jller incola Clausę Aq. Dioc. ex dictis testium examinatorum ad effectum sciendi, num aliquis è dicta Terra excidisset à fide Cath. deprehenditur multum comendare Martinum Lutherum affirmans, d. Martinum Luth. ueram uiuendi uiam edocuisse, nam ante ipsum Lutherum (addens) nesciebant hoes, an ex Deo essent, an ex diabolo: Sanctos nihil posse apud Deum: uetitos cibos edere tpe ieiunij non esse peccatum: Comunionem sub utraque spē comendasse, et usum celebrandi Missam in partibus hereticorum penitus ablatum pariter comendasse. Citatur, comparet, semel constituitur: migrat ex hac uita Inq., et ad ulteriora non proceditur. 6. Maij.

Idem die 14. 9bris eiusdem anni, fama defferenti, indiciatur, carnes comedere, et alijs comedendas apponere in mensa (erat enim caupo) in diebus ieiuniorum. Examinantur plures testes, à quibus remanet grauatus, etiam circa illi opposita ab alijs testibus: Aliud non apparet.

90. Stefanus Stillinus è Villa Cinthis Concord. Dioc. fama defferenti suspicatur de heresi Lutherana infectus. Examinatus unus testis, et alius citatur examinandus; sed cum iste obijsse referatur, ulterius non proceditur. 12. Junij.

91. Presb. Fabius è Villa Surrita Dioc. Senensis, fama defferenti, processatur, multiplicique heretica labe infectus deprehenditur: quippe qui Baptismum tantum et contritionem requiri ad salutem affirmarit: scita in confess. sacramli non semel alijs patefecerit: Orationes, Officia, Aquam benedictam, et incensum, quibus de more utitur S. Ecc. Cath. in exequijs defunctorum, spreuerit, inquiens, nihil eis prodesse, et Citatus, comparet, constituitur, assignatur ei locus pro carcere, et arripit fugam. Iterum citatus, presto est, conijcitur in carcerem, et fugit. Citatur peremptoriè ad ualuas Ecc. Patriarcalis in Ciuit. Fori Julij, renuensque mandatis S. Off. obedire, contumaciter in suis heresibus, et erroribus perdurare se uelle ostendit. Itaque sub die 26. 9bris 1581. definitiuam sent. licet absens, tanquam presens esset, in Ecc. S. Fran. min. Con. supradē. Ciuit. declaratur heret. pertinax, expellitur à Foro Ecclico, et potestati seculari relinquitur citra sanguinis effu- 27. d.

effusionem, et mortis periculum, utique puniendus. Habes hanc sent. in p.° lib. pag. 88.
92. Fr. Cyprianus Vicencelli Utin. Ord. Praed. p. Spectabiles Viros, Theofrastu, Hesiodum, Joannem, et 23. July 1580
Marinu fratres Sporenos Utin. denunciatr. Iffigeniam eorum sororem in Sacram li
Confess.e, atq; in loco ad id deputato ad turpia sepe solicitasse, falso eidem suadens, non
esse tam grande peccatu, ut ipsa existimabat, homini complacere, qui eidem deser-
uiebat: Addens, et Maiores S. Ecc. Prelatos, Cardinales, Epos, et ipsu Sumum Pont.
suas habere feminas: ideoq; propterea multo magis licere Fratri pauperculo. Addens, quod
et Pizzocare, sive reminę feminę (quę scil. continenter uiuunt) uxores sunt Fratru,
ideo cum sedis Aplicę dispensat.e eam in Uxorem ducere promittens, his, et alijs diaboli-
cis suasionibus, tactibus, osculisq; subsequentibus, cepit illa uehementius tentare: tan-
dem constuprauit, grauidauit sepe rem habens cum ipsa, et filiam peperit. Cum uero
Iffigenia semel in mense confitendi, et coicandi usum haberet, et propter concubina-
tum ab his uellet abstinere, Cyprianus, ut suu grauissimu scelus obtegeret, noluit, sed
iussit illi, coram ipsomet de more se presentare, ac si confiteri uellet eidem peccata
sua, deinde secure accederet ad Altare tpe Coionis promittens hostia non consacratam
illi dare. Examinatz. deflorata Iffigenia examinantz. enormissimi flagitij testes, et ex
illoru dictis conuictus de prefenditz. fr. Cyprianus, qui propterea pluries constutus, oia
fere sibi opposita negat audacter, et in suo scelere omnino obstinatus, et contumax per-
sistit. Ad abiurandum nihilominus publice cogitz in Ecc.a S. Antonij Utini. Deponitur
perpetuo ab Officis, a celebrat.e missę, et ab alijs diuinis. Priuatz. utraque uoce, et ad quas-
cunque dignitates, et officia declaratz. inhabilis. Ad carcerem perpetuu damnatur.
A Patria Fori Julij perpetuo bannitur, et singulis diebus uitę suę Psal. penit. flexis
genibus recitare iubetur. A qua sent.a suprad.i fratres Sporeni appellatum fuit ad S. Se-
dem, seu ad Sumum Pontif. tunc Sixtum V. Quid uero statutum fuerit per d.m Sumum
Pontif. in hoc S. Off. penitus non apparet. Lata fuit prefata sent. die 23. July. 1586; et
habetz. in p.° libro Sentiaru in reos huius S. Off. pag. 368.
93. Jo: Bapta de Jurlanis Aduocatus Ciuitatensis uti suspectus de heresi denunciatur. Ex tes- 14. 7bris
tiu dictis, et ipsius confess.e conuinctz, carnes comedisse in Quadrag; annua Confess; et
Coionem pluribus annis pretermisisse, et blasphemasse maximo cu audientium scan-
dalo. Qui tamen, precedenti canonica purgat.e, dimittitur, eidem iniuncto, ut pro salu-
tari penit. singulis sex mensiu diebus festis recitet Psal. penit.; tribus quoque an-
nis continuis bis in anno confiteatz; et coicet, scilt. in Nat. et Resur. Dni. Lata fuit hec
sent. die 23 7bris 1582. et habetz. in eodem p.° lib; pag. 108.
Ex prefato autem Processu quędam resultant contra Helenam uxorem suprad.i Jo: Baptę, et
contra quendam Zerbinu Mamiacum, et Josephum merulam, prout sequitur.
Helena itaque Uxor d.i Jo. Bapti ex eiusdem processu habetz. carnes comedisse in Quad; si-
cut ille: annuam Confess; et Coionem pluribus annis pretermisisse; pluribus item an-
nis Missam non audiuisse: et hec quidem ipsamet constuta fatetur: addens, ad Ecc.liam
non se contulisse, ut missam audiret, quia scil. uestes quibus saltem decenter indueretur,
non habebat. Eidem ergo indicitz. Canonica purgatio, at ipsa obedire contemnit. Excom-
municatur. Coram P. Inq.re personalr se sistit secum habens Purgatores. Precedente
itaque canonica purgat.e, absoluitz; et dimittitur. Ipsius uero Maritus sub pęna librarum
centu, banni, et priuationis Officij aduocandi, iubetur Uxori suę uestes parare, et exhibere,
ut ad Ecc.liam ire possit, sicut alij fideles. Vide ipsius sent. relaxatiua (qua scil. decla-
rata, relaxata, ac dimissa fuit, u[illegible] omni heresis suspitione libera, et immunis) in eod. libro p.
pag. 106. Lataq; fuit die eodem, quo lata extitit sent. sui Viri.

Joseph

Joseph Merula ex eodem processu inuenitz; Missam diebus festis non audire; diebus ieiuniorum carnes comedere; preceptum annuæ Confess; et Cōionis nunquam seruare: et monitus, cum oculorum morbo laboraret, quare in profesto S. Luciæ non ieiunaret? Respondisse fertur: Se Dio mi farà orbo, andarò cercando il pan fresco. Constutus, aliqua sibi opposita fatetz; et ueniam petit. Cogitur ad canonicam purgationem, et pœna graui monite dimittitur.

Zerbinus Maniacus ex eodem processu inditiatz uti de heresi suspectus: quod scil. induens more Presbiterorum, cum ad benedicendas domos cum aqua bened.a se conferunt, ad locum triuidij perrexerit. Constuitz; et ignoranter, et absque irreuerentia uel spretu sacerdotalis dignitatis, aut S. Matris Ecc.e id fecisse, ait, ueniam, et misericordiam humil.r petit. Itaque salutaris penit.a eidem imponitur; ut scil. per tres annos se personare, seu mascherare non audeat, et per septem menses quolibet die Dominico septem psal. penit. recitet. De hoc iterum n.o 180.

94 Pasinus Belgradus Doctor Vtinen. defunctus, cum adhuc uiueret inuenitz, monitus fuisse ab Ill.mo, et R.mo D. Epo Suffraganeo, et Vic. Gnali Aquileiensi, ut fœminam uxoratam, quam domi habebat concubinam (quamque premortuus ipsius Pater Fran.cus concubinam habuerat) è domo eijceret, suamque Vxorem, quam iniustiss.e repudiauerat, acciperet. Inobediens tamen pluribus annis in concubinatu perseuerasse apparuit: quare in scriptis eidem sub pena exc.onis latæ sent. iussum fuit, fœminam illam omnino à se remouere, et suam Vxorem iterum ad se recipere. Sed adhuc inobediens extitit. Migrauit è uita occisus. Ad ipsius ergo memoriam delendam (ex quo in concubinatu, et in exc.ne mortuus est) plures super ipsius uita examinantz testes, et ex eorum dictis habetur, ipsummet carnes comedisse diebus Veneris, Sabbati, Vigiliarum, et in Quad.ma, annuam Confess. et Cōionem nunquam seruasse; auditionem Missæ pretermisisse, uetitosque libros apud se retinuisse. Fit proinde consultatio: Num contra ipsum procedendum sit uti manifestè hereticum? an exhumandum ipsius cadauer, ex quo in duplici exc.e decessit? Quo ad primum statuitz, contra illum non esse procedendum uti manifestè hereticum. Quo ad secundum nulla fit resolutio propter angustiam temporis. 26. xbris 1580.

95. Fran.cus Salonus Venetus, de quo n. 47. defertz, carnes comedisse diebus exceptis ab Ecc.lia, idque nullum esse peccatum asseuerasse: Summum Pontif. fratrem esse diaboli: Deum non esse omnipotentem. 28. Martij 1581.

Martinus Giller, de quo n. 89., cum eodem carnes diebus uetitis comedisse pariter defertur. Aliud non apparet.

96 Lenca Vxor Stefani Lango è Villa Vicendou Comitatus Goritiensis quandam uisionem se habuisse euulgat; ut in Villa Calle Territorij Bansizze eiusdem Comitatus construi debeat Ecc.a in honorem quorundam Sanctorum, quos sibi apparuisse ait, et id precepisse. Quapropter Viri quamplures d.æ Villæ instant eo loco Ecc.liam construi, promittentes, ex suis bonis, et redditibus eam teneres. Vidisse ergo, ait, suprad.a Lenca in ortu solis diei S. Vrbani auem quandam pulcherrimam ac sole lucidiorem: deinde Imaginem D. N. Jesu Xpi: auemque illam in cantu suauiss.o sibi iussisse, ut ad locum iuxta domum Piricborum se conferret, populoque nunciaret, ibidem ut Ecc.liam construeret in honorem SS.rum Georgij, Antonij, Egidij, Catharinæ, et Margaritæ. At quoniam non statim iussionem nunciauit, abiens postea ad locum illum adeo cruciari se sensit, ut pre dolori totum ipsius corpus ad formam orbicularem redactum cerneret; idque in ipsa causari, aiebat, à Sanctis illis, ut excitarent populum ad construendam Ecc.liam. Constuitz itaque super premissis dicta Lenca. Examinatur testes: confectoque processu per R. D. Melchiorem Stefanium Archidiaconum Goritiæ, mittitz ad Ill.mum, et R.mum D. Epum Suffraganeum Aquil., qui, adhibitis Theologis et Canonistis, ex multis capitibus inuenit, uisiones illas suppositas, et excruciationes, fuisse diaboli illusiones. p.o Junij.

97. Ambro-

97. Ambrosius Miller Teutonicus è Ciuitate Augustæ Caupo, seu Tabernarius in Terra Portus Gruarij Concord. Dioc. defertr; in sua Taberna haber. foliu pariete affixu cu effigie cuiusdam Principis Lutherani literis teutonicis etiam suppositis aduersus summum. Fit perquisitio domus dti. Ambrosij, et asfertr foliu cum effigie Joannis Federici Ducis Saxoniæ. Constituitur Ambrosius, et exponit sensum literaru suppositarum in eodem folio: Questo è quello che ha descacciata, e superata la dottrina del Papa, e sue attioni. 18. Aug. 1580

98. Anna nuncupata: la Rosa relicta q. Dominici Artici Glemonensis denunciatr. non semel dixisse, se mortuos uidisse, cum eisdem sermonem habuisse; nonnulla etiam retulisse, quæ nulli patebant. Examinatr. testes, et supposita affirmant. Ipsa citata, personalr comparet. Dimittitr. in domu suam cum obligat. se præsentandi. Deinde fit consultatio expediendi causâ Glemonæ, cum ibi contigerit Pri Inqis personalr se conferre. Aliud non apparet. 8. Jan. 1582

99. 1. Mercurius Venerius Glemonensis, examinatis pluribus testibus ex Off., deprehenditr continuò carnibus uesci diebus exceptis ab Ecca; nunquam Missam audire, nunquam confiteri aut coicare, neqz Sanctoru Imagines in sua domo habere. Constituitur, et ab oppositis se defendit. Indicitur ei canonica purgatio, qua facta, liber dimittitur. 2. D.

2. Pirinus Rita Glemonens. occasione supradi. examinis, ijsdem erroribus grauatr. ex depositionibus eorundem testiu, qui contra Mercurium. Citatur, et in faciem eidem præcipitur, ut in termino tot dierum, præsentare se debeat in fortijs S. Off. sub pena Exc. latæ sent; perpetuiqz banni à tota Patria. Non comparet. Citatur. Respondetur, laborare in extremis.

3. Chrisophorus nuncupatus H. Tures, Teutonicus, Caupo in terra Glemonæ, occasione præd. deprehenditr. in domu suam tpe Quad. carnes portare fecisse, easqz Teutonicis apud ipsum hospitantibus edendas apposuisse in mensa contra expressam inhibitionem sibi factam à P. Inqre occasione prædicationis ab ipso ibidem habitæ præcedenti Quadma. Constutus: quidquid mali fecit (ait) ob inopiam fecisse, et ueniam petit. Abiurat itaque uti leuiter suspectus de hæresi: deinde p annu integrum eidem iubetur, B. M. V. Coronam ter in hebdomada recitare, tribus annis continuis confiteri, et Euchariã sumere in die Natiuit. Dni, õibusqz diebus Veneris proximæ Quad. deuotè ieiunare: coronã uerò B. M. V. recitare iubetr. flexis genibus ante Imaginẽ eiusdem Bmæ Virgis; uel in domo propa; uel in Ecca. Lata fuit hæc sent. die 24. 9bris et habetur in po lib. sent. contra Reos pag. 118.

4. Santonius de Santonibus Caupo Glemonens. occas. prædta deprehenditr; carnes emere diebus ieiuniorum, et Quadme. Constutus, fatetur oua comedisse tpe Quad., semel uerò carnem. Dimittitur pro nunc, iniuncta sibi salut. pœnitã, ut p annum integrum singulis diebus Veneris ieiunet.

5. Petrus Cesar natione Germanus, Caupo in supradta terra Glemonæ, occasione, de qua supra, carnem, et lacticinia in Quad. comedisse, et contra expressam inhibitionem sibi factam à P. Inqre, occasione etia, de qua supra, carnes Teutonibus, qui apud ipsu diuersati sunt, edendas apposuisse in mensa in Quad. defertur. Constutus, fatetr. se lacticinia comedisse, non carnem, et eam utique Teutonibus apposuisse in mensa tpe Quad. Abiurat itaque de leui in manibus P. Inqis coram testibus: deinde iubetur, annis tribus confiteri, et Euchar. sumere in Pascate et de hoc ante octauam Paschæ publicam sui Parochi attestationẽ S. Off. deferre. In die uerò proximo Assumptionis B. M. V., uel in festo Natiuit. eius iubetur ire ad uisitandam eiusdem Virg. gloriosæ positam in montibus supra Ciuit. Fori Julij. Lata fuit præfata sent. die 12. Aug. 1582. et habetr in eodem po lib. sent. in Reos pag. 98.

100. Aquilina Vxor Joannis (cognomento Vestiario) Vtinensis, sutoris, fama deferente, inditatur uti malefica. Sumuntr testes ex Off., et inuenitur da mulier superstitiosas artes exercere ad sanandas infirmitates, tam in hoibus, quàm in bestijs. Bina citatione uocata, arripit fugã. Tandem personalr corã P. Inqre se sistit. Duplici constuto, errata fatetur, dicens, se credidisse, nullum esse peccatu id efficere, quod uocant preentar, addens, ex necessitate etiam preentasse. Dimittitr, et sub pena exc. eidem præcipitur, ne audeat ab Vtino discedere absque licentia S. Officij: deinde intimantr. illi defensiones. Præterea aliud non apparet. 26. D.

101. Fr. Michael natione Hispanus Ord. Min. de Obs. Commiss. Gnalis eiusd. Ord. defertur, in Visitat.ne Conv.tus S. Fran.sci à Vinea eorund. Fratrum Utini aliquos ex ipsis interrogasse ut sciret præcipuè quisnam ex illis denunciasset huic S. Off. Frem Andream Kimis d.i Ord., de quo supra n. 58. Examinantr duo ex eisd. Fratribus, deinde siletur. — Die . Febr. 1582.

102. Valentinus Ciselar Teutonicus hospes in loco dicto: L'Ospedaletto posito in Collibus Glemonæ, fama deferente ad aures P. Inq.ris in domo sua scil. haberet foliu' cum Imagin.e SS. Crucifixi ab ipsomet fedata. Fit perquisitio domus p eund. P. Inq.rem qui tunc erat Glemonæ, et affixu' inuenit foliu' cum Imaginibus SS. Crucifixi, B.mæ Virg.is; pluriu' sanctorum, ac Mysteriorum Passionis Xpi: quod quidem foliu' desuper gypso (gesso) teutonicè scriptum, et lineatu' erat; illudq; auferens et secum deferens, iussit d.o Valentino, ut personal.r Utinum se conferret, et cora' S. Off. se præsentaret sub pœna Exc. Latæ sent. perpetui banni à tota Patria, et aliaru' quoque pœnaru' arbitrio infligendarum. Examinantr itaque testes super uita præd.i Valentini; qui personal.r se sistit cora' P. Inq.re; à quo interrogatus, fatetur, à septimo suæ uitæ anno usque ad uigesimum. In Italiam profectus p decem annos suæ immemor salutis, reconciliari non curasse S. Ecc.æ; annuam Confess; et Com.onem prætermisisse: Jeiunia non seruasse; imo diebus Veneris, et Sabbati carnes comedisse, et Sanctorum Imagines in domum sua' nunquam admisisse. Itaque die 20. 9bris eiusd. anni abiurare cogitr in S. Off. Utini coram P. Inq.re, ac testibus: deinde iubetur, in Solemnit. Natiuit. D.ni prox.e futura, uel in una die dictæ Solemnitatis inter Missaru' solemnia, in Loco suprad.o, à populo ueniam petere, si quid scandali passus fuerit propter Imaginem Xpi Jesu Crucifixi, quam pluribus annis habuit domi suæ fedatam, seu deturpatam. Per tres annos continuos iubetr bis in anno, in Natiuit. scil. ac Resurrect. D.ni confiteri, et Euchar. sumere; eodem t.pe semel uisitare Ecc.liam B.M.V. in Montibus, et p annum integrum quotidie eiusd. Virg.is gloriosæ Coronam genibus flexis recitare, deinde absoluitur. Lata fuit hæc sent. die, et anno supra notatis et habet in p.o lib. sentent. in Reos pag. 116. abiuratio uerò habetur ibidem antecedenter, scil. pag. 114. — 7. Martij.

103. Fr. Gaspar Quercius Sardus de Saxia Ord. Min. Con. constuitr super delatione annuli, quem fert in digito annulari cum caracteribus insculptis, et fatetr, annulum illum à pluribus annis sibi comparasse propter epilepsiam, quam olim patiebatur. Quare à suo Ministro P.cali suspensus fuit p sex menses à celebrat.e Missæ, deinde ab eodem in pristinum restitutus. Quibus habitis, ad ulteriora non proceditr. — 2. Junij.

104. Joannes Raiscar de Carniola Aq. Dioc.; incola loci Camnich p epistolam denunciatr uti hæreticus à Rutilio Radiunis de Venzonis, qui constutus denunciationem à se missam confirmat, et insuper Candidum Pozzi sibi sororium suprad.i Joannis fautorem multaru' hæresum disseminatoris accusat, eidemq; Candido plura hæreticalia simul opponens. Laurentiu' item ipsiusmet Denunciantis fratrem t.pe Quad. carnem comedisse pariter accusat. Constuitr Candidus, et sibi opposita constanter negans, eadem ex suis defensionibus ostendit, falsò deposita fuisse à Rutilio Radiunis inimicitiæ gratia. — 16. d.ti

105. Joannes Berzeninus, Dominicus Couanius è Villa Campolongo Aq. Dioc., et quidam alius, cui nomen Pasculus, fama deferente, Cappones publicè comedisse in Quad. præced.tis anni, citantr ad informandum S. Officium: ipsi autem non comparentes, pertinaces, et contumaces sese ostendunt. Excõicantr, et cedulones ad ualuas Ecc.liæ d.æ Villæ affiguntur. Cumq. per duos ferè annos in Exc. permansissent, citantur ad uidendum, et audiendum se hæreticos declarari, et pro talibus publicari. Joannes ergò Berzeninus, et Dom.cus Couanius personal.r se sistunt cora' P. Inq.re, ueniamq; erratoru' humil.r dicentes, se peccasse ex leuitate, et ebrietate ductos, promittentes in posterum nunqua' similia se comissuros: Addentes, propter eande' — 18. Aug.ti

eoru'

eorũ leuitatem à Dño Paroco fuisse coactos in tribus festiuis diebus in sua ipsorũ Ecclia à populo ueniam petere, genibusq. flexis ab ingressu Ecc. usque ad Altare maius incedere: quorũ certitud.e habita ab ipso Paroco, absoluti fuerunt in forma Ecc. ab exc.e, et eisdem salut. penit.a iniuncta. Pascu lus abijt in Istriam, ubi agrum emit, ibidem moraturus. 124

106. Catharina uxora rel. q. Andreę è Villa Vasaria, incola Ciuidati, fama deferente, auditis exercere malefitias artes: ex officio constituit, et quibusdam uerbis nullum oino sensum facientibus oculorum infirmitates sanare se dicit, et credit: Addens, Andream pred.m olim Virum suum dum uiueret usũ habuisse processionalr ire unà simul cum mortuis. Sub pena exc.is precipitur supradicte Catharinę, ut in posterum ab his oino abstineat. 14. 7bris

107. Mattheus è Terra Tisana Concord. Diec. dictus: Il Scchiauetto incola Marani denunciatur uti suspectus de hęresi: elapsis decem mensibus, tandem unicus testis auditur; et in fine sui examinis ait, dictũ Mattheum perpetuis futuris tporibus bannitũ fuisse à toto Ser.mo Dominio Veneto. ij. Jan.ij 1585.

108. Marcus Ant.s Pierisinus Glemonensis (de quo supra n. 60) per hoc S. Off. uti relapsus ad perpetuũ carcerem damnatus, è carcere egressus arripit fugam. Mittuntur litterę requisitoriales ad quosdam Magistratus, et Episcopos, ut capiatur. Interim examinantur nonnulli testes super ipsius fuga, ipse quoque citatur quatenus trium dierũ spatio in fortijs S. Off. personalr se restituat. Quoniam uerò in processu confecto contra d.m Marcũ Ant. plura resultant indicia contra Fran.cum Pierisinũ ipsius fratrem, idcirco summatim hic referuntur; et ipse citatus, pluries constituitur; nolensq. ueritatem fateri, conijcitur in carcerem, et P. Inq. Glemonã se confert, ubi testes examinat aduersus d.m Fran.cum, et aduersus quendam Flaminiũ Jantonum. Tandem Fran.cus damnatur ad abiurandum publicè de uehementi in Ecclia Patriarcali S. Antonij Utini corã S. Officio ibi congregato, ac testibus, uel in Palatio Patr.li, et pro penitentijs salutaribus, iubetur, toto uitę suę tpe Officiũ B. M. V. eiusq. Coronam recitare. Et quoniam in quodam suo constito non est ueritus, proprium esse feminarum (dicere) B. M. V. coronã in manibus gestare, ac recitare: idcirco et ipse iubetur eadem corona uti, et recitare, precipuè in Ecclijs, ac ter in anno (saltem) quo ad uixerit confiteri, et Euch. sumere scil. in Natiuit. et Resur. Dni, et Pentecostes. lata fuit prefata sent. die 29. 9bris 1584., prout in eodem sepe cit. p.o lib. sentiarum in Reos pag. 145. 18. 7.ris

109 Jacobus Chiasarso (siuè Casars) è Villa Incaroi Contratę Carneę Aq. Diec. ob malã famam circa res fidei citatur ad respondendum. Ille comparere contemnit. Habito unius testis testimonio contra ipsũ, statuitur eius capturatio, quę caret effectu ob illius fugam. Mittuntur litterę requisitoriales Comunitati Tolmezij, ut capiatur, ipse uerò in Germaniã se recipit. Examinantur alij testes, eoq. non comparente, exedicatur uti contumax, et inobediens erga S. Officium. ult. 7.ris

110. Jacobus Traccona lius Utinensis dictus: Il Cancellarusso defertur, carnes comedere diebus exceptis ab Ecc.a, et blasphemare. Quibus auditis testibus, statuitur esse uocandum; deinde siletur. 4. febr.

111. Bibliopola quidam ignotus habet libros prohibitos, eosq. publicè uenales in loco Quadruuij (Codroipo) Aq. Diec., audito unico testi contra illũ ex officio, statuitur, p. P. Inq.em esse prosequendum processũ, cum Quadruuij se conferre contigerit.

112. Andreas Aloch Teutonus defertur ut suspectus de hęresi, eo quod asseruerit, Summum Pontif. maiorem non habere potestatem quolibet simplici Sacerdote, et Purgatorium non dari. Quibus auditis testibus, statuitur, p. P. Inq.rem ad ulteriora procedendum, cum ad locũ Quadruuij se conferre contigerit, à quo tamen loco Andreas pred. recessisse intelligitur. 12. Mar.

113. Sophilus cognomento Buri è Villa Pieris territorij Montisfalconi defertur uti maleficus uulgò 18. 7.ris 125

vulgò dictus: Benandanti, che và con le streghe ai balli notturni. Citatur, et à d.ª Villa recensisse refertz. neqz sciri, ubinam sit. Tandem expeditz ꝑ mortem

224 Presb. Bartlol. Portulanus de Valuasono Dioc. Concord. Vic. Buiæ denunciatz ꝑ foliuꝫ in quo scriptæ inueniuntz duodecim querelæ, inter quas præcipuæ numerantz. Ipsum scil. nunquam uisum fuisse se sacramlr confiteri peccata sua, imo factis credere sacrlem Confess. minime esse necessariam ante Euch. sumptionem: cum enim in festo Annunciat. Btæ Virg. Mariæ quamplures fideles post illius Missam ex deuotione confiteri, seu reconciliari uellent, deinde ss. Euch. sumere, ipse uertens se ad populum sequentia uel similia uerba protulisse fertur: Chi si uuol comunicar uenga quà. et dum quædam mulier ei diceret: Non volete riconciliarmi?. Respondit: Horsù uenite, che io tolgo tutti li peccati uostri sopra di me: sicqz multis mulieribus, absque præced.ª reconciliat. ss. Euch. administrauit. Non semel etiam ijs fidelibus, quorum pecca præ populi multitud. sacramlr excipere nequibat, suadebat irreconciliatos manere, eosqz ter orationem dominicam recitare iubebat pro peccatis, de quibus se accusare debuerant, sicqz Euch. dabat illis. Fertur etiam, quadam feria sexta maioris hebdomadæ particulas non consacratas populo dedisse, eo quod consacratas non seruarat præced.ª die. Plures quoque simul à peccatis absoluisse. Maleficia insuper cognoscere, eaq. tollere: Tempestates fugare, ac etiam immittere. Infirmitates quasdam tùm in hominibus, quàm in bestijs sanare, et alia id generis delicta perpetrare. His habitis, et acceptatis à P. Inqre., qui in d.ta Villa processum conficiebat, personalr ad illius domum se contulit, et inuenit illum decumbentem capitis dolore correptum. Iubet propterea ipsi ut personalr coram S. Off. Vtini se sistat, eoqz non comparente, citatz ad ualuas Ecc. S. Ioannis à Platea Vtini, sed neqz comparet. Citatz ergo ad ualuas Ecc.æ S. Antonij Vtini ad uidendum, et audiendum contra se publicari sententiam: at nihilominus inobedientem tertiò se ostendit. Quare, ne unquam de ignorantia prætendere posit, citatur tertiò ad ualuas Ecc.æ S. Stefani Buiæ, et S. Antonij Vtini ad se tuendum, et defendendum, sin minus, ad uidendum, et audiendum se, prout de iure, sententiari. Et nihilominus, eo contemnente iteratas uocationes, statuitur iterum uidere, et examinare processum, ut maturiùs, et consultiùs folium oppositionum contra d.m Presbiterum publicari posit per S. Officium. Congregatis itaque Ecc.te quidam Vir, petens humilr differri ꝑ S. Off. publicationem sent.æ, eo quod Presb. Bartlol. Portulanus personalr se præsentare intendit, et suam Causam defendere. Quoniam autem Vir ille comparens non habet mandatum ad præmissa spectlr agenda, non admittitz pro legitimo Interueniente à S. Off., tamen urbanitatis gra, et ad magis redarguendam præfati Presb. irreuerentiam, et obstinationem prorogatz publicatio suorum criminum et sententiæ. Interim uerò ad aures S. Off. peruenit, d.m Presb. antea profugum, Buiæ reperiri, ibiqz celebrare, et ministrare diuina in spretum S. Off., et scandalum proximi. Eò igitur mittuntur satellites, qui eum captiuum duxerunt Vtinum, et in carcerem miserunt. Constitutus, callidè respondens, sibi obiecta negat. Damnatz ad abiurandum publicè de uehementi in una Ecclesiarum Villæ Buiæ, à qua, et à toto illius districtu ꝑ decem annos bannitur. Cura animarum et Sacramentorum administrat.e perpetuò inhabilitatz, eiqz inhibetz, ne de cætero ullo unquam tpe audeat cuiuscunque generis exorcismos facere, neqz panem, neqz uinum, uel medicamentum quodcunque benedicere sub pœna carceris perpetui. Et pro salutari pœnit. iubetur, toto uitæ suæ tpe qualibet feria sexta ieiunare, et sept. psal. pœnit. recitare. Lata, publicataqz fuit præfata sent. die 13. 9bris 1584. Vtini in aula Palatij Patriarcalis, ac etiam Buiæ in Ecclia S. Petri Aplì (ubi publicè abiurauit) die 6. eiusd. mensis, et anni. Vide in p.° lib. sententiarum in Reos pag. 150. f. Julij 1583

225. Agnes Vxor Bap.tæ Gasparis de Pontabia Veneta, et nonnullæ aliæ mulieres de eadem Villa usum habent se conferendi ad Pontabiam Imperialem, ibiqz confiteri, et Euch. sumere. Cumqz in d.ta 2. Julij

Villa

Villa aliqui sacerdotes damnatum usum coicandi sub utraque specie adhuc retineant,
per formationem processus, quę mulieres damnatum usum seruabant, ab eodem abstinere
coguntur.

116. Gratianus Vecellius Plebis Cadubrij, et Petrus Tret S. Viti territorij Cadubrij, dum fit 22. July 1585
Processio in die solemnit. Cpis Xpi, et ipsi fictas barbas, faciesq. denigratas habentes ac-
cumbunt ad mensam per eos ante scalas Palatij Coitis preparatam cum pane, uino, et lac-
te, ibiq. edentes, combibentes, ad potandum mutuo se inuitantes, aleis ludentes, caput
non aperiunt, non assurgunt, nec genua flectunt SS. Euch. Sacram.to Plebano proces-
sionaliter illud portanti. Quare per Curię Preconem iubentur ab his abstinere, et illinc di-
scedere; non tamen abstinent, neq. discedunt. Itaque Vicarius, et Judices Cadubrij
inquirit. contra dictos Gratianum, et Petrum pro habenda ueritate: Quod cum per-
uenisset ad aures P. Inq. Aquil.ę, mittit ad illos literas cum cominat.e ut ab incepto
processu oino abstineant sub pena Interdicti gnalis, et Exc.is par laris. Alias item ad
eosdem lras mittit, ut processum per ipsos confectum exhibeant D. Archid. Cadubrij tu-
ius S. Off. Commiss.o, ad quem propterea lras mittit cum plena facultate conficiendi proces-
sum super hoc facto, deinde Reos pred.tos Vtinum captiuos mittat. Itaque D. Commiss. S.
Off. conficit processum, et eum P. Inq.ri transmittit; eoq. lecto decernitur, personaliter eme-
citandos Gratianum, et Petrum predictos ad informandum S. Officium, Judices uero Cadu-
brij compellendos esse per Censuras, ut processum ab ipsis confectum Comiss.o S. Off. exhibeant
huc transmittendum. Scribit. ergo epistola requisitorialis, simulq. cominat.e, et mittit. eis d.
Judicibus, qui statim processum transmittunt. Personaliter comparent Gratianus, et Petrus.
Constituti, ueniam erratorum humiliter petunt dicentes: se ex ignorantia, et simplici-
tate, non ex malitia, aut irreuerentia erga Deum, tantumq. Sacram.tum peccasse (quam
excusationem singuli testes contra illos sumpti in eorum afferunt fauorem) duas exhibent
epistolas ab eorum Plebano conscriptas manu Publici Notarij subsignatas, quibus eorundem
pia, christiana, et catholica uita attestat. genibusq. flexis, renunciantes quibuscunque
defensionibus, benignitati S. Off. se committunt. Quapropter relaxandos fore statuit., ue-
runtamen ob graue, maximumq. scandalum datum illi populo, pro salutari penit.a eisdem im-
ponit., ut in eadem solemnitate Cpis Xpi anni sequentis confiteant. Euch. sumant et in
process.e dicta die facienda ipsum SS. Euch. Sacramentum debita cum reuerentia, ac deuot.ne
aperto capite comitentur, et in manibus uterque eorum deferat intorcitium unum pon-
deris librarum sex: cumq. peruenti fuerint ad locum, in quo ipsorum nefaria demonstra-
tione, seu representat.e tam graue scandalum dederunt, preparata prius ibidem per eos men-
sa, sicut ipsimet fecerunt in antedicta solemnitate cum pane, uino, carnibus, lacte,
aleis, et ceteris, quę in eadem ipsi pariter apposuerunt; alta, et intelligibili uoce humilem a
Deo primum ueniam petant, deinde ab uniuerso populo, eidem fatendo quàm male et irreue-
renter egerint. Quo facto, sequant. processionem, et residuum intorcitiorum ponant in Al-
tari eiusdem SS. Sacramenti; postea per mensem integrum quotidie Missę intersint genibus
flexis. Gratianus septem psal. penit., Petrus uero B.mę Virg. Marię Coronam deuote recitent.
Lata fuit prefata sent. die 27. 7bris supradicti anni, prout in lib.o sententiarum in Reos pag. 129.

117. Ant. Locatellus Ciuitatensis, fama preced.te quod carnes comedat in Quadrag., Missam integrè non 5. Aug.ti
audiat, sed ante consecrationem recedat ab Ecc.a, annuamq. Confess., et Coionem non adimple-
at, processatur. Citatus, non comparet. Citat. ad ualuas Ecclesię maioris Ciuit. Fori Julij,
et Villę Roncelis Aq. Dioc., et comparet. Constituit., fatet., se comedisse carnes in una Qua-
drages.a ob grauem infirmitatem, quam passus fuit in uno crure, et testimonium exhibet Chi-
rurgi; quodq. aliquando confessus fuerit, et Euch. sumpserit, testimonium affert unius Con-
fessarij, qui ipsius confessionem excepit, et alterius, qui eidem Euch. ministrauit. Cumq.
de sibi obiectis neque conuictus, neq. alias suspectus in fide appareat, sed tantum diffa-
matus.

matus, preiud. canonica purgat. relaxatz., eidem tamen iniungitz. salut. penit. propter scanda-
lum. sent. huius latam die 5. 7bris eiusd. anni habes in lib. 3°. pag. 137.

118 Georgius Teutonicus sutor incola Ciuit. Fori Julij denunciatz. uti suspectus de hresi. Auditis plu- 8. Aug. 1584
ribus testibus, coniicitz. in carcerem, et alij testes examinantur. Duplici constuto ipse subijcitz.,
et constanter protestatz., se esse bonu Xpianu, et Catholicu, nunquã carnẽ comedisse diebus
uetitis, sed lacticinia duntaxat in una Quad., in terris uerò Teutonum, cibos comedisse fa-
tetz iuxta morem eorum. Itaque ad se purgandum cogitz. ab imputatibus sibi illatis, et pro salut.
penit. eidem iniungitz., ut p annu integru singulis diebus diebus missam audiat, singu-
lis item diebus Veneris Quadrag. anni sequentis ieiunet, pane, et aqua contentus. Per
quinquenniu singulo quoque anno confiteatz., et Euch. sumat in die sancto Pasche,
Pentecostes, et Natiuits Dni, conscientiam ipsius ad hec oia onerando, et dimittitur.
Vide in eod. lib. pag. 138. sent. prefatam latam die 14. 9bris supradicti anni.

119. Orlandus Burigana de S. Flore Cenetensis Dioc. incola Clirenze Vici noui Concord. Dioc., fama 14. dic.
deferente grauatz., quod lacticinia comedat tporib. ab Eccª. exceptis, et monitus, respondisse
id non esse peccatum, imo alios inuitasse ad lacticinia edenda: quod annuam Confes-
sione, et Coionem non seruet, imo uerò necessitatem Sacr. Penit. negare dicens: homi-
nem esse posse bonu Xpianum absque illo: quod confiteatz., et Euch. sumat, quamuis
sit in peccato: quod Missam non audiat, suosq. familiares ab auditione misse retrahat
diebus festis, cogendo illos ad laborandum: asseruisse etiã, infideles benè uiuentes saluari
et illoru animas, licèt non sint in supremo gradu Beatitudis in Celo, sicut sunt aie Bea-
toru fideliu, suas tamen habere beatitudines in Celo, eo quod ad imaginem, et similitudi-
nem Dei creatæ sunt; sicq. loquendo negat Humani generis redemptione factã fuisse p uni-
uersalem Redemptorem D. N. J. Xpum: Purgatm non extare: Eleemosinas non esse erogan-
das pro mortuis; et paruipendendo Ecclicam sepulturam dixisse non semel: quod sì post
ipsius obitum corpus eius in cloacam proijciatur, nihil curat. Auditis ergo pluribus testibus,
citatz., constituitz., sibiq. opposita fatendo, non ueretz. asserere, se credidisse, ac tenuisse, sa-
cramtlem Confess. non esse necriam ad reparandã amissam grãm, sed ad augendam
tantùm: Sacram. Penit. et Euch. humanitus fuisse inuenta, ideoq; annis pluribus ne-
que confessus fuit, neq; Euch. sumpsit. De quibus oibus ueniã, et misericordiã hu-
milr petendo, se promptu exhibet ad abiurandum quoscunque tenuit errores, et ad catho-
licè uiuendum in futuro. Quare ad abiurandu publicè damnatz. in Eccª. maiori Por-
tus Gruarij; et ad perpetuu carcerem in loco sibi assignando, à quo recedere non au-
deat, expressa licentia non obtenta. Jubetz. per quattuor sequentes solemnitates aperto capite
manere ante fores Eccª. Vici noui cum candela accensa ad manus, et in ultima earum solemni-
tatu inter Missaru solemnia, recipi se facere in Ecclesiam per Parocum. Per annu integrum
deferre precipitz. ante pectus Crucem rubri coloris longitud. unius palmi. Toto uitæ sue
tpore in Pascat., Pentec., et Nat. Dni sacramlr confiteri, et Euch. sumere, omnibusq. die-
bus uite sue B. M. V. coronã ante eiusdem Virg. imaginem prostratus recitare, et p annu in-
tegrum singulis diebus Missam audire. sent. prefatã die 7. Xbris suprad. anni latam le-
ge si placet, in 2. lib. sententiarum in Reos pag. 38.

120 Julius Capellarius infirmitates aliquas in hoibus, et in bestijs sanare intentat, precipitq; ut panem 26. eiusd.
acqua benedicta decretu erant: panem pro eisdem benedicit benedict. que habetur in Sacerdotali: su-
pijsdem legit Oronem S. Cypriani prohibitã et Euangelia, que in d°. Sacerdotali pariter habentur,
uel precipit, eandem Oronem super se deferre, eisdem iniungens totiens oronem Dominicã, et Salut.
Angelicam recitare. Pro bestijs uerò infirmantibus benedicit sal, quod comedant dicens: Hec oia
bona intent. operari, addens, libenter ad S. Off. recursum habere, ut sciat, an hec sibi liceant,
et exhibet exorcismu, quo utitz. ad benedicendum panem, sal, et lac pro mulieribus lacte careati-
bus &. Quibus habitis, precipitur illi; ab his oino abstinere, et dimittitur.
Cum uerò anno 1587. ad aures P. Jnqªis peruenisset, d.m Julium in suis superstitiosis operat. bus
per-

perseuerare: sumuntz. itaque testes, è quorū dictis reus deprehenditur. Citatz., Constituitz. et aliqua quidem perpetrasse fatetz., aliqua negat. Quare sub exe. pena precipitz ei, ne deinceps audeat ad priora reuerti, eidemq; iubetz. ut per tres tres annos sequentes confiteatz., et Euch. sumat quolibet anno in Pascate, Pentec., et Nat. Dni, et horum testimoniū deferat S. Officio.

Quoniam autem ad perpetranda sibi inhibita conuertitz., neq. iniunctas salut. penit. adimplet, sequenti anno citatz. sub pena exe, et banni ad informandum S. Officium: ipse autem comparere non curat. Citatz. ergo ad uidendum, et audiendum se excoicari, et pro tali publicari, et haberi. Itaque, comparens, iubetz. in carcerem recludi, ipse uerò se absentauit: deinde coram S. Off. Vicario comparet petitq; terminū ad se tuendum, mox coram P. Inqre se sistit, et in carcerem recluditur. Quapropter, trina remanenti premissa sent., declaratz. addendo, quod si unquã legitimè constiterit, eum dictã sent. contrauenisse, ex nunc prout ex tunc, et è contra banniendum fore et esse per quinquennium à toto Patriarcatu, eiusq; districtibus, his additis etiã salut. penitentijs: at fracto carcere, fugam arripit: reuersus ad carcerem, fertur contra eum senta; si legitimè constiterit, damnandū fore, et esse, prout nunc ex tunc damnatz. ad triremes per triennium; qđ si idoneus non extiterit, damnatz. ad carcerem per quinquenniū, et pro salut.bus penit. iubetz. primò: Vt in proximo festo Assumpt. B. M. Virg. confiteatz., et post Maiorem ab eodem sacerdote, qui Missam decantabit, Euch. sumere, horumq; testimonium deferre. 2°. qđ per annos quinque seqtes in Pascate, Pent., Assumpt. B. M. V. et in Nat. Dni simil.r confiteatz., et Euch. sumat, et horū testimonia deferat quolib. anno. 3°. qđ infra dies quindecim nudis pedibus peregrinando ad Ecc.liam B. M. V. in montibus se conferat, ibiq; Missã audiat, Coronã eiusdem B. M. V. recitet, ac testimonium deferat. 4°. quod per annum integrū qualib. feria sexta, flexis genibus ante Imaginem Saluatoris Nri recitet sept. psal. penit. cum Litanijs, et precibus seqntibus. 5°. quod simil.r per annum integrū semel in mense, scil. in uno die Veneris ieiunet solo pane, et aqua contentus, et B. M. V. Coronam recitet.

Vide prefatam sent. latam die 21. Julij 1596. in lib. 3. sentiarū contra Reos pag. 167., cuius copia eidem tradita fuit, ne unquam ignorantiã pretendere posset. De hoc iterū n°. 290. et 319.

121. Ludouicus siccardus incola Ville Zucconici Aq. Dioe. uti heresū disseminator, et blasphemus denunciatz., medianti folio, absque noe denunciantis, tamen proponuntz. testes examinandi. Fit consultatio, et statuitz; citandos esse testes noiatos, et procedendū ad formationem processus. Ex quinque autem testibus propositis, tres iam obijsse traditz., quartū Vtini habitare, quintum uerò mandatis S. Off. se pariturū promittit, dummodo assignata sibi die ad comparendum, febri tertiana non grauetz., atque ita ad ulteriora non proceditur. 16. 7bris

122 Fr. Francus Altauilla Neapolitanus Ord. min. Con. uocatz. à S. Off. per epistolam directã P. Guard. Contus Goritie, cui Pri Guard. precipitur, ut ad S. Off. mittat libros quosdam negromãtie, quos apud se habet manu supradicti Fris Frani scriptos; eidem noe, et parti dicti S. Off. precipiendo, ut sex dierum spatio personalr compareat in eodem S. Officio. Mittuntur libri; et ipse fr. Francus comparet, ac citò expediri postulat. Grauibus autem curis eū detineretz. Illmus D. Epus Suffraganeus, remittitur ad Contum. Post dies aliquot facultatem petit reuertendi Goritiam, eo quod electus sit Guard. illius Contus, et regratiatur. Post menses octo fit consultatio, inquirendi scil. prius, an uerū sit, quod fertz. de eodem f. Frano; habitu nempe dimisso, ad Lutheranos se contulisse; aliud non apparet. 3. 8bris

123. Raphael quidam de sibinico Dalmatinus, famã precedente, quod carnes comedat oibus diebus: quod conuersationem habeat cum demone, uulgò Mazzarnolo. Quibus auditis testibus ex Officio; constituitur: sibi opposita negat. Eidem pro carcere prescribitz. tota Ciuitas Fori Julij 14. Xbris

Julij cum suo districtu, et dimittitur.

124 Julius Tiller Ciuitatensis, fama referente, quem aliquando dixisse: Post hanc uitam nullam dari requiem nullumq; aliud bonum extare, preter id, quod in presenti habetur, - auditis duobus testibus, à quibus pro uero Xpiano et Catholico testificatur, ad ulteriora non proceditur. 14. 8bris 1583.

125. Joseph Philippinus Sutor Ciuitatensis defertur, ortum habuisse à Patre habito pro heretico, et abiurato, cuidam inuitanti illum ad Ecclesiam uisendi gratia Sanctorum Reliquias respondisse: Affert et mihi unam scutellam Indulgentiarum: Comedere etiam carnes omnibus diebus: Apud se retinere libros Lutheri, eosq; legere: Nunquam Missam audire, uel, audito Euangelio, ab Ecclesia recedere: Nunquam confiteri, neq; Euch. sumere: Haberi pro heretico instar Patris sui ex fama pub. De Fide catholica pessime, et scandalose loqui. Auditis testibus, triplici examini et ipse subijcitur, in quibus uel constanter sibi opposita negat, uel dolose, et uage respondet. Tandem plures fatetur, se credidisse, ac tenuisse errores ex disciplina, uel auditu Patris sui Floreani (de quo n. 4, et 8., qui; habitus fuit pro heretico, et abiurauit publice, ut in lib. p.o pag. 50) ideo abiurare cogitur, deinde per annos tres relegatur in Ciuit. Venet., à quo recedere non audeat absque licentia in scriptis, uel huius S. Officij, uel P. Inq.ris Venetiarum; quo tempore iubetur quolib. anno confiteri, et Euch. sumere in Paschate, Pent., et Nat. Dni; Per annum integrum singulis diebus hunc audire Missam, et in ea pro defunctis orare: Eodem pariter anno qualib. p.a mensis Dominica ibidem uisitare iubetur Ecclesias SS. Petri de Castello, Marci, Stefani, Dominici, Joannis, et Pauli, et illam Magne Domus Fratrum Min. Con: Quo item anno qualibet feria sexta ieiunare et sept. Psal. penit. flexis genibus recitare iubetur. Lata fuit hec sent. die 15. Aplis 1584. et habetur in lib. p.o pag. 140. 16. d.e *consignati causa Indulgentiae.

126 Dominicus Scandella cognomento Menocchius de Monte regali Conc. Dioc. fama pub. deferente, de B. M. V. Xpo impijssime, et heretica loqui, et sicut credit ita euulgare et dogmatizare. Auditis pluribus testibus, citatur, et pluries constitutus, uarie, stulte, et heretice respondens; tandem sibi obiecta fatetur, ac multiplici heretica prauitate detentus inuenitur: tot enim, grauesq. et impias hereses tenuit, credidit, adinuenit, ex quibus etiam aliquas suadere alijs ausus est, ut propterea ultimo supplicio damnandus foret, ex misericordia tamen uita ei donata est. Abiurat pub. in Ecclesia S. Stefani Portus Gruarij: Damnatur ad perpetuum carcerem: Vestem liuidam ad modum scapularis (absque capucio) cui consuta sit ante, et retro Crux ex panno croceo, perpetuo deferre iubetur: Diebus quinque inter Missarum solemnia ante fores suprad. Ecclesie, ac etiam in festo S. Stefani manere, aperto capite cum candela accensa ad manus, et corrigia à collo pendente: Omnibus diebus Veneris quo ad uixerit ieiunare pane, et aqua contentus: Bis in mense confiteri: Quotidie legere Articulos Fidei iuxta formam sibi prescribendam à S. Off.o. Tandem toto uite sue tempore iubetur, quotidie recitare sept. psal. penit., uel B. M. V. Coronam. Hec sent. eidem sub initio tertij anni comutata fuit. Vide illam cum abiurat.e; et comutat.e in lib. 2. à pag. p.a usque ad 34. eiusdem libri. At uero in alio processu anni 1596. n.o 4.1. legitur, dictum Dom.cum Scandellam uti hereticum relapsum, in Terra Portus Gruarij expulsum fuisse à Foro Ecclico, et relaxatum brachio seculari 28. d.e

127. Anna de Canoeis relicta q. Bapte Vitirini de Castro Osopij Aq. Dioc. denunciatur, multa falsa dogmata, multasq. eroneas opiniones tenere, credere, et euulgare: Nos scil. sola precepta Euangelica seruare teneri, tantiq. esse Euangelium, ut, eo sublato à sacrificio Misse, de sancta Missa nihil sit curandum, siue traditionibus Ecclie, et sacros ritus ipsam contemnere: Ut à Lacticinijs temporibus exceptis ab 12. 9bris

Ecclia

Ecclia nunquã abstinuerit: Contra Sanctorũ uenerãnem, eorum Imagines, et intercessionem; contra Vota, Indulgentias, Confratates; contra Elemosinas; contra extremam Unctionem; contra orões, et suffragia, quę fiunt pro defunctis; Contra sepulturas latrare non desinit: Oblationes insuper ad Altare sacerdotibus non esse faciendas; Aquam benedictã non differre ab aqua comuni: Candelas benedictas, cineres, ramosq; palmarũ benedictos despicere: Candelas, et lampadas in Ecclijs frustra accendi; quodq; melius esset oleo ipso uti pro condiendis cibis. Quibus heresibus, et erroribus dat intelligere secutam se fuisse Paulinum ipsius Fratrem hereticum, et Marcum Ant. Picisinum pariter hereticum (de hoc n. 60., et 108.) Abiurat de uehementi in Ecc. B. M. V. Osopij die 27. Augti 1585. et pro penit. salut. iubetr, toto uite sue tpe qualib. feria sexta ieiunare, sept. psal. penit. recitare, et Elemosinã pauperibus secundum uires suas pro aiabus defunct. erogare. Vide prefatã sent. et abiurat. in 3.o lib. sntiarum in Actis pag. 162.

128. Jo: Baptista Jornasarius Ciuitatensis defertr, apud se plures habere libros manu scriptos necromantię, et sortilegiorum. Fit perquisitio ipsius domus, et inueniuntur libri, de quibus delatus fuerat: accersitus p suos familiares, domũ reuertitr, sibiq; ostensis Libris, illos recognoscit: sub pęna igitr conuicti criminis iubetr, personalr ad S. Off. se conferre, ubi pluries constutus, nonnullos ex dictis libris, ait, sibi fuisse relictos, decem iam annis elapsis, à quodam Gabriele de Faganea pedagogo: alios accepisse ab amicis, quos nõiat: alios manu sua transcripsisse, illis tamen duntaxat usum fuisse, qui ad tollendas fascinationes artem docebant, putans in eis nil contra fidem, aut S. Ecclliam contineri: alios igne consumpsisse: alios dono dedisse amicis, et alios nescire, quomodo in domũ suam delati fuerint: in õibus autem se bonũ Catholicũ ostendens. Cumq; nil contra ipsũ deprehendatr, qd sapiat heresim, absoluitr ab obiectis. Quoniã uerò dictos libros apud se habuit, eosq; S. Off. non denunciauit, absoluitr ab exce., et pro sal. penit. eidem iniungitr, ut qualibet feria sexta sequentis Quad. ieiunet solo pane, et aqua contentus: tribus diebus sabbati eiusdem Quad. uisitet Eccliam B. M. V. in montibus, et in nocte ferię sextę maioris hebdomadę in Processe. ordinaria in cinere, et cilicio corpus suum flagellis cędat, defleatq; peccã sua, in õibus conscĩam suam onerando. | 16. 9bris 1585

129 Sibertus de Sibertis Causidicus Utinensis in precedenti processu aduersus Jo. Baptam Jornasarium nominatur, seu defertr, habere apud se uetitos libros: quapropter ões eius in ipsius domo inuisuntr, scrutantur; aliqui inueniuntr suspecti, et ad S. Off. deportantr recognendi; at eiusdem morte impediente, ad ulteriora non proceditur. | 23. dis

130. Not cognomento Suff de Agnelina, Heluetius, incola Maniaci Conc. Bige. ob suspicionem, quod non uiuat catholicè, processatr ex Officio, et ex dictis testium colligitur, ipsum in suis regionibus more Heluetiorũ uiuere, hic autem sicut Xpiani, excepto, qd tpe Quad. comedit lacticinia: Addunt, ipsius famulum, cui nomen Soff, more Lutheranorũ uiuere, et quendam Matthiam seduxisse, ne confiteatr Presbiteris peccata sua, sed Deo, neq; Euch. sumat. Citatr Not, et personalr comparet mandatis S.ti Off. pariturus: acceptata ipsius comparitne, petit licentiã proficiscendi ad nundinas Bolzani; seq; reuersurum promittit, dat fideiussionẽ, et discedit; aliud non apparet. | 8. Feb. 1584

131. Fr. Marius Subertinus Utinẽ Min. Con. sub anno 1578. denunciatr, sortilegia, et alia superstitiosa commisisse: et anno 1584. tres audiuntr testes contra ipsum nõiati qui tamen aduersus eum nihil deponunt. Habes denunciatnem Luõi post examen testiũ, et de eadẽ fit mentio in libro antiquo denunciarũ signato n.o 4. pag. 2. à tergo. | ij. dti

132. Melchior

132 Melchior Sgiarbanus de Gritio sub Cura Montis realis Conc. Dioc. notatus in processu formato adversus Dom.cum Scandellam n. 126. in termino sibi assignato comparet; constituitur super nonnullis propositionibus hereticalibus ab ipso prolatis ex doctrina sibi tradita ab eodem Scandella, et deprehenditur non sanae mentis, id etiam attestante ipsius R. Plebano. Itaque relaxatur pro nunc, et propter scandalum illatum, pro sal. penit. eidem precipitur, ut in festo SS.mae Trinitatis visitet Templum, quod in honorem eiusdem SS. Trinitatis erectum est Pulcinici: Quod tribus diebus Veneris ieiunet, vinumque non bibat: et per annum integrum missam quotidie audiat. 16. feb. 1584

133. Petrus de Rusitis Portus naonis Conc. Dioc. (notatus in processu contra Thomam de Rusitis sub n.o 85., multisque ibidem gravatus heresibus) citatus, comparet, pluries super sibi obiectis exacte examinatur, cumque neque convictus existat, neque confessus: ad tollendam infamiam et suspicionem heresis, indicitur ei canonica purgatio, qua facta, testimoniales literae eidem expediuntur, et dimittitur. 24. d.ti

134. P. 1586. Jo. Daniel de Melchiorribus Plebanus Pulcinici Conc. Dioc. duplici constituto subjicitur ad sciendum scil., num ipsemet consilium dederit Dom.co Scandella supradicto, ut sponte coram P. Inq.re compareret, quia benignitatem, et misericordiam inveniret; quod si se vocari, aut citari, expectaret, puniretur iuxta qualitatem suorum delictorum; expertum eum examinabitur, ad interrogata duntaxat responderet. Fatetur ergo, consilium illi dedisse, ut sponte compareret, quia misericordiam et benignitatem inveniret; negat autem ei dixisse, quod ad interrogata duntaxat responderet. Dimittitur cum onere comparendi in S. Off. toties, quoties. 16. Martij.

135. Salvator del Re, Georgius Punit, Dominicus Vorrai: Item Jacobus. Dor, et Daniel del Re fratres de Fana Conc. Dioc. deferuntur uti in fide suspecti. sumuntur testes ex Off.o, at nihil contra eos constare invenitur. 24. Aprilis.

136 P. 1586. Odoricus Varrai Plebanus Ecclesiae Montis Realis Con. Dioc. processatur, eo quod sciens Dom.cum Scandella de quo supra esse hereticum, nihilominus ad sacram.ta Ecclesiae illum admisit, ac diu S. Off.o distulit denunciare: quod eidem in carceribus S. Off. constituto Literas scripsit (reddens se hoc modo suspectum de fautoria) et quod publice disputando cum magno fidelium scandalo, ausus fuit dicere, se tenere; Ecclesiam militantem quamvis à Spiritu Sancto gubernetur, errare posse. Constitutus ait, ad sacram.ta se admisisse supradictum Dnicum, quia ex ipsius sacramentalibus Confess.bus eum capacem absolutionis agnoscebat: Ad illum scripsit epistolam ex timore, quia scil. fratres d.ti Dom.ci eum non salutabant ex suspitione concepta, quod illum S. Off. denunciasset: Denique suam declarat opinionem circa disputationem habitam de Ecclesia militante, dicens, se credere, errare non posse in universali, sed in particulari, V.G., unum Confessarium errare posse in iudicio erga unum penitentem, sicuti de facto aliquando contingit. Itaque indicitur sibi canonica purgatio, qua facta, absolvitur ab excom.e, et pro sal. penit. iubetur per annum integrum quotidie septem psal. penit. recitare, et singulis diebus Veneris ieiunare; in eodemque termino unius anni debeat emisse unam Patenam argenteam valoris scutorum septem pro Ecclesia suae Villae. 29. d.ti

137. Alexander Policretus Portus naonis uti suspectus de fautoria, quia scil. Dom.cum Scandellam citatum ad comparendum in S. Off. edocuit, ad interrogata respondere hoc modo: Hai tu detta la tal cosa? E voi risponderete. Potria essere, che io l'havessi detta, ma non mi ricordo, ma io la revoco, e voglio, che sia per revocata. similiter eum docuit: quod omnia ei obiecta confiteretur, sed diceret, se non credidisse: Quae quidem habentur, et constant in processu formato contra d.m Dom.cum Scandellam. Citatur itaque d. Alexander, et constituitur super his, aitque, se habuisse bonum finem in consulendo ipso Dom.co; nunquam 14. Maij.

vero

uerò malam intentionem erga s. Ecc̃liam: quapropter, præced. canonica purgatione, liber dimittitur.

138. Presb. Jo. Petrus Attilius Plebanus Ecc̃liæ Casarsiæ Conc. Dioc. sponte se accusat, assensum dedisse cuidam suæ Germanæ inspiciendi fialam pro inueniendo furto. Jubetur ergo, in termino unius anni emere Calicem ualoris scutorum decem pro d. sua Ecc̃lia. Per annum integrum proximè sequentem singulis diebus sept. psal. pœnit. recitare, et quinque diebus Dominicis Missarum tpe coram populo reprehendere illos, qui inuocant dæmones, et huiusmodi damnatæ arti Chyromantiæ operam dant, et fidem præstant, onerantes scientes quoscunque talia committere, ut illos S. Off. reuelent sub pœna excõicationis. 16. May 1584

139. Rochus de Stefanis Cosps Spilimbergi Conc. Dioc., et plures alij eiusdem loci procenant. propter esum uetitorum ciborum tporibus ab Ecc̃lia exceptis. Expeditz. processus sub die 16. octobris 1593.; quo ad quendam Thadeum Gratianum Notarium cum abiurat. de uehementi, et sal. pœnit. qp scil. annis tribus confiteatz, et Euch. sumat in Nat, et Resur. Dni. in Pent, et in Assumpt. B. M. V. Per annum integrum qualib. fer. sexta recitet sept. psal. pœnit. cum litanijs, et precibus sequentibus, flexis genibus ante SS. Sacramtum. in Ecc̃lia: quo item anno qualib. fer. sexta ieiunet, nisi aliquo impedimto. prohibeatur, quo dato, eleemosinam equiualentem tribuat alicui pauperi, et p duos menses quolibet die Domco. singulas Ecc̃lias suprad. Oppidi uisitet, ibiqz flexis genibus decies Orõnem Dnicam, totidemqz Angelicam salut. deuotè recitet. Absoluitz., et dimittitur. Vide ipsius sent., et absol. in lib. 2. sentiarum in Reos pag. 68. 19. 7bris

140. Paulus Nibbius de Nouaria Prõiæ Mediolani, incola Castri Sesti nullius Dioc. denunciatur uti malè sentiens de Fide, ac propterea tanquam hæreticus: siquidem ex ore suo malè sentire deprehenditz. de libero arbitrio, de prædestinat., de miraculis, de sanctificat. festorum, de confess., et cõione, de audition. missæ, de signo Crucis, de obseruat. uigiliarum, de imaginibus Sanctorum, de processionibus, de fornicat., cæterisq. Luxuriæ speciebus dicens: In die Judicij Deum de solis operibus misericordiæ esse requisiturum, non de Luxuria. Testes sunt contra ipsum. Jussus ergo, personalr comparet, constituitz., et aliquando sibi opposita negat, aliquando callidè respondet, uel imperitè, et insipienter, ait, se esse locutum. Assignatz. ei terminus ad se tuendum, præterea aliud non apparet. 9. 8bris

141. Presb. Jo. Bapta de Maniaco Conc. Dioc. Plebanus Arbæ, quadam uice dixisse defertur: Animas, quæ in caritate, et absque reatu alicuius culpæ, uel pœnæ ex hac uita decedunt, non statim ad Cœlum euolare, sed tantum in die finalis Judicij, alioquin Xpus Dnus in die illa non haberet, quos iudicaret. Vocatz. sub die 9. Maij 1591. Constituitz. et respondet catholicè, et dimittitur. 4. 9bris

142. Georgius natione Croatus, sutor, incola Villæ S. Petri Goritiæ defertz., comedisse carnem diebus uetitis, et aliquos ipsius amicos ad idem induxisse: Cantilenam quandam publicè cecinisse contra Summum Pontificem; eidem, et Presbiteris iniuriosis uerbis sæpè detraxisse: Sanctiss. Euch. Sacramtm. dandum esse sub utraque specie: De eodem sanctissimo irreuerenter fuisse locutum: In die festo publicè iuxta suam consuisse, et reprehensus, respondisse, id non esse peccatum. Examinantz. nonnulli testes, qui tamen non sunt contestes, et ad ulteriora non proceditur. 22. Xbris

143. Valentinus, Paulus, et Joseph de Villa Attimis Aq. Dioc., fama deferente, comedisse carnes, et oua prima die Quad. in Hospitio Simonis Molandæ incolæ d. Villæ. Auditis testibus, citantur, comparent, constituuntur: errata confitentur de plano; nunquam scil. talia se commisisse, neqz in posterum commissuros promittunt. De commissis dolent, et ueniam petunt. Itaque iurare iubentz., se debitam præstituros obedientiam S. Rom. Ecc̃liæ, summo Pontifici, eiusdemqz S. Ro. Ecc̃liæ legitimis Prælatis. Jubentur, per mensem integrum

grum in diebus Dominicis dum celebratur Missa star. anti fores Ecclię d. Villę, habentes singuli candelas accensam in manibus, ita ut ab oibus ingredientibus, et egredientibus uideri possint, et eorum penit.a ceteris transeat in exemplum. Post hęc, quilibet eorum teneatur emere intorcitium unum ponderis, et ualoris, prout unicuique eorum uidebitur, et postquam celebrari fecerint Missam unam super Altar. SS. Sacramti, intorcitia illa eidem SS. Sacram.to presentar. debeant; ac de horum execut.e eorum Curatus certum facer. S. Officium.

144. Nicolaus del Santolo è Villa Leonis Aq. Dioc. denunciatur publicè comedisse caseum in die una Hebdomadę maioris, idq; probatur per testes; et ipse Reus constitutus idem fatetur. Quapropter iubetur, in duobus diebus festiuis, dum celebrantur Diuina in Eccl.a suę Villę, aperto capite stare anti fores eiusdem Ecclię, ut ab ingredientibus, et egredientibus uideatur: et R. Plebano mittitur epist. pro execut. dictę penit.e, cui etiam iniungitur, ut coram populo causam dicat prefatę penit., ut ceteris transeat in exemplum. 27. martij. 1585

145. Matthias Pellizzarius Teutonicus incola Ciuidati, fama defferenti, non benè sentire de fide Catholica, eiusq; obseruantia, audiuntur tres testes ex Officio, sed nihil contra ipsum. p.a Junij.

146. Iulius, et Lazarus fres de Riscardis Teutones, incolę Villę Tolliani territorij Ciuidati, fama deferenti, à fide catholica, eiusq; obseruantia eos deficere, duo audiuntur testes, sed nihil contra illos. Die d.ta

147. Daniel Helię, Vincentius Hermacorę, et Bulphonus Lamprati Glemonę deferuntur impudentissimè stercorasse Campanam Ecclię S. Joannis dicti Loci, uerbaq; turpia in eius, et foris eiusdem campanę gypsis scripsisse. Testes deponunt ex indicijs contra ipsos: qui propterea constituti, quamuis sibi opposita negent, indicium tamen de se aliquale relinquunt. Itaque relaxantur pro nunc. 6. July

Ex eodem autem processu insurgit suspicio hęresis contra Robertum Oller, eo quod dixerit, se creder. oes hoies saluari, et libros prohibitos apud se habeat. Fit consultatio procedendi ad inquirendum: aliud non apparet.

148. Bortolus q. Petri de Cerneglons territorij Ciuitatensis defertur, in solemnit. Corporis Xpi, post solemnem processionem habitam de more ad Ecc.am Villę Orsarię, remanenti R. Curato, ut abiret in domum suam, et populo reuertenti ad propriam Villam, et Ecc.am Cerneglons, sibimet imposuisse cotam, et stolam, et cum alio litanias processionalr decantasse. Postquam autem peruenti fuerunt ad Ecc.am, ausus fuit benedicere panem distribuendum pro eleemosina, et aqua bened.a aspergere, et precipere populo, ut bini, et bini circum Altar. pergerent ad accipiendam dictam eleemosinam. Auditis testibus, ipse quoque auditur. Fatetur sibimet Cotam imposuisse, cetera uerò eidem opposita uel negat, uel eorum, ait, non recordari. Jubetur ergo, prima Dom.ca quam in Eccl.a Cerneglons seu Cerneglanis inter Missarum solemnia, indutus Cota, flexis genibus stare anti Altare cum candela accensa in manibus ponderis trium libr. suis pecunijs emenda: completo Euang.o, genibus pariter flexis cum eadem candela in manibus circuire Altare, et ad priorem locum reuersus, terra osculata, alta uoce coram Deo de crimine commisso se inculpare, conuersus deinde ad populum ueniam ab eo petere de scandalo illi dato eidem promittendo, non amplius ad similia perpetranda recurrere. Quo facto, adhuc in eodem loco genuflexus maneat usque completa Missa, et candelam super Altare offerat. Jubetur etiam semel uisitare Ecc.am B.M.V. in Montibus, ibiq; semel eiusdem Virg. gloriosę Coronam recitare; deq; horum oium execut.e iubetur Curatus certum reddere S. Officium. ij. d.ti + signo crucis

149 Georgius natus Illiricus, siue Dalmata {schiauone} incola Venzoni Aq. Dioc. denunciatur uti suspectus de hęresi, et ex plurium testium deposit.ibus constat, nunquam uisum fuisse confiteri neq; Euch. sumere, nunquam, uel rarò Missam audire: unus etiam testis de uisu, alter de auditu aiunt, ipsum comedisse carnem diebus exceptis ab Eccl.a. Fit consultatio de ipso citando, et ad ulteriora non proceditur. 18. eiusd.

150 Petrus Faber ferrarius Civitatensis defertur de Matrimonio, de Indulgentijs, deq. Summi Pontificis benedictione non bene sentire, et exhibentur S. Off. quaedam ipsius epistolae: praeterea nihil. 3. 9bris 1585.

151. Hieronimus Michisonus de Venzono Aq. Dioe. defertur, iniuriosa verba protulisse contra Summum Pontificem, Cardinales, et Episcopos eos appellando germanice Sielmi. quod italice sonat poltroni, giotoni, furfantone: semel vel bis, decem annorum spatio peccata sua fuisse confessum, et Euch. sumpsisse: asseruisse, Sanctos pro nobis minime intercedere apud Deum: carnes comedisse diebus exceptis ab Ecclesia; et in Germania cum Lutheranis diu, ac publice conversatum fuisse, eos etiam associando ad conciones hereticorum audiendas. Audiuntur testes, et sunt contra ipsum: ipse quoque auditur, nec satis se tuetur. Cogitur ergo abiurare de levi, et pro salut. pen. iubetur, in prox.a Dom. septuag. confiteri, et Euch. sumere. Per tres annos confiteri, et Euch. sumere in Paschate, Pent. et Nat. Dni. Per quinquennium exhibere fidem quotannis S. Off.o, se in Paschate fuisse confessum, et sacra Comunione refectum. Per annum integrum semel in mense in die Veneris ieiunare, flexis genibus septem psal. penit. recitare, et cavere a familiaritate, et conversat.e Hereticorum. Vide illius sent. et abiurat. in lib. 3. sub die 6. febr. 1586. pag. 13. 15. d.ti

152. Nonnulli satellites Clar. D. Locumt. Pat. Fori Julij denunciantur, in nocte Sabbati solemnitatis SS. Innocentium comedisse carnes in hospitio, seu caupona Hieremiae Baretae e Villa Cinelis Conc. Dioe., qui et cum illis carnes comedisse defertur. Examinatur eorum Capitaneus, et mediam noctem iam effluxisse attestatur, antequam ab illis carnes comederentur. 2. Januarij 1586

153. Paulus Vasius de Spilimbergo Conc. Dioe.; olim in terra S. Danielis pub. Cancell. denunciatur, male sentire de Sacram.to Confess.is, de SS.orum intercess.e asserens, quemcunque bene viventem posse eque bene apud Deum gratias obtinere sicut S. Dom.cus S. Fran.cus, et alij, quos nos appellamus Sanctos, quosq. ipse appellare ausus est diabolos: damnat etiam auctoritatem Summi Pontificis. Auditis tribus, siletur, de eo tamen iterum n.o 184. 12. Martij

154. Joseph dictus Veia e Portu Gr.o defertur semel iratus dixisse: Al sangue di Dio, se io havessi adesso Xpo per i capelli me lo vorrei buttar sotto i piedi; idq. deponunt testes; ipse vero negat: tandem dixisse, ait: Mi faresti venir voglia, se Xpo fosse in terra, di dargli. Abiurare cogitur de levi in Ecclia supradi. loci, et inter Missarum solemnia, genibus flexis ante Altare maius cum candela accensa ad manus a prima Missa usque ad finem stare. Damnatur ad carcerem per duos menses, ubi qualibet feria sexta in pane, et aqua ieiunare, septemq. psal. penit. recitare iubetur. Elapsis duobus mensibus, per annum integrum, qualibet feria sexta visitare iubetur Ecclesias S. Stefani, S. Joannis, S. Fran.ci, et S. Agnetis, et in qualib. dictarum Ecclesiarum, flexis genibus ante Altare SS. Sacram.ti decies Orationem Dom.cam, totidemq. Salut. Angelicam devote recitare. Per annum pariter integrum confiteatur, et comunicet in Paschate, Pent., in Assumpt. B.M.V. et in Nat. Dni, exhibeatq. fidem S. Off.o peractae obedientiae. Habes sent., et abiurat. in eodem processu sub die 9. Aprilis 1589 Ubi die immed.e sequenti Joseph ipse supplex petit liberari a pena carceris, ut nimirum in libertate positus suis laboribus, et industria victum parare possit sibi, Uxori suae, et quinque filijs. Jubetur ergo pro duobus mensibus carceris, singulis duorum mensium diebus Missam audire, et sept. psal. penit. recitare, reliquis in suo robore permanentibus. 10. Aplis

155 Petrina Civitatensis defertur, decem, et octo annos iam effluxisse, in quibus obstinate noluit confiteri, neq. Euch. sumere, neq. Missam audire. Testes sunt contestes: et ipsa constituta sibi opposita fatetur, sed ait, se velle in sua obstinat.e perseverare, donec mobilia, quae ad se sustentandam oppignoravit, sibi reddantur. Abiurat de levi; et pro salut. penit. eidem imponitur, ut per decennium confiteatur, Euch. sumat a proprio Parocho in Paschate, Pent., Assumpt. B.M.V., et Nat. Dni. Quod non solum festivis diebus, 5. July.

bus, uerum etiã feria, quarta, et sexta cuiuslibet hebdomadæ missã audiat, et coronã B. M. V. deuote recitet. lata fuit hec sent. die 15. Aprilis 1587. et habetr. in 3. lib. sententiarũ in Reos pag. 8.

156. Fran.^cus^ Arricus Molendinarius Glemonensis denunciatr. uti suspectus circa sacram.^tum^ confessionẽ, nimirũ dixisse, Presbiteros, et Fratres esse hõies improbos, et si quando infirmaretr. sibi sufficeret conteri, et ueniam peccatorũ suorũ à Deo postulare. Audita unius fęminę depõn. silettur. 7. 9bris 1586.

157. Bartholomeus Locatellus. Christophorus Sboba Joseph Romano de Spilimbergo, et Marius Bisonus de Tricesimo } Glemonenses. { carnes comedisse diebus exceptis ab Ecc.lia deferuntur. Auditis testibus in oppositum, solus Marius citatur, et constituitur, eoq; sibi obiecta negante, dimittitur pro nunc. die ead.

158. Georgius Agismonti Germanus de Pleiperg hereticus Lutheranus sponte corã P. Inq.^re^ se sistit, hereses, quas credidit, ac tenuit, contrito corde fatetr., et abiurat. Absolutr. in forma consueta, et iniunctis eidem salut. pęnit. dimittitur. 8.ª Aplis 1587

159. P. 2296. Jacobus Ricciardellus Plebanus S. Caniani del Meseo Aq. Dioc. sponte se accusat de retentionẽ, et lectionẽ Rethoricę Erasmi Roterodami. Absolutr., additisq; eidem sal. pęnit. dimittitur. 7. d.^ti^

160 Jacobus Maris Alemanus de Purga Ducatus Bauarię { uti suspecti de heresi procesanti. ex Off.^o^; at ex testibus nil contra illos resultat. Jacobus Maris constituitur, et bonus catol.^s^ deprehenditur. 4. Maij.
Franciscus Polmetto.
Vincentius.
Angelus [illegible]
Georgius Vmer
} Villaci.
Joseph de Caruisia

161 Petrus q. Petri de Osopio minus à suo Plebano sponte se accusat, dum quadã die missã audiret sacerdotẽ calicem cooperientẽ patena, hec uerba dixisse: Il Prete hà coperta la pignatta. Jubetur, in proximo die Dominico confiteri, et Euch. sumerẽ; et inter missarum solemnia, habito post Euang.^m^ per R. Plebanũ sermonẽ ad populum, alta, et intelligibili uoce antẽ Altare ueniam à Deo petere de pecc.o suo: deinde conuersus ad populum se accusare de scandalo dato., et nudis pedibus uisitare Ecc.liam S.pus Sancti in Villa Hospedaletto. 9. d.^ti^

162. Christoforus del Porto Vicentinus, incola Vtini defertur, quędã uerba protulisse aduersus sanctorũ intercess.^ne^, et carnem comedisse in Quad. absque necessitatẽ, et licentia. Auditis testibus, ipse quoque auditur. Abiurat de leui, et pannũ integrũ iubetr., in Paschatẽ, Pent., et Nat. Dñi confiteri, et Euch. sumerẽ, horumq. attestat.^nẽ^ S. Off.^o^ deferrẽ: semel in mense in die Veneris ieiunarẽ, et sept. psal. pęnit. cũ Litanijs recitare. Vide sent. Euoi cũ abiurat. sub die 25. Feb. 1592. in lib. 3. pag. 51. 17. Junij

163 Andreas filius Bartol.^i^ Fabri: Nicolaus Dominici Cerdonis: Fran.^cus^ Jo: Marię Zampari: Jo: Andreas Nicolai Textoris, et Bernardinus Simonis Cini Vtinenses, contra preceptũ ipsis iniunctũ sub pęna exc. ne instrumenta pulsarent antẽ Ecc.liã S. Petri (Burgi Aquilę) in eius diei festo, ne ibi tripudium, seu saltatio fieret, ausi sunt instr.^ta^ pulsare, unde tripudium, et saltatio ibidem facta est. Formato processu: Andreas Fabri iubetr., duobus festiuis diebus antẽ fores d.^e^ Ecc.lię stare cũ candela accensa ad manus, flexis genibus dum celebratr. Missa: quo facto, secundo die festo debeat se presentarẽ coram R. Capellano eiusdem Ecc.lię ad Altare, et ab eo benedictionem accipere antequã discedat. Qui quidem Capellanus tunc debeat populo dicerẽ causã, propter quã d.^s^ Andreas fuit pęnitentiatus, ad aliorum exemplum. 8.ª Julij.

Nicolaus Cerdo pro uno tantum die festo simili modo pęnitentiatr., et uterque absoluitur ab excõicatione. Reliqui uerò iam fuerant pęnitentiati à R. Vic. Patr.^le^, ideoq; relaxantr. pro nunc à S. Officio.

164.

164 Presb. Petrus Kuplenik de Rodmonstorf. Aq. Dioc. à R. D. Archid. Goritiense iussu Serenm. Archiducis Austriæ, et Clar.mi D. Locumt. Ditionis Lacke in Carneola, uinctus Vtinum mittit. 2. July 1587
tanquam hæreticus, et hæresum disseminator, ut p. S. off. cognoscatur, et puniatur. Pluriès itaque constitutus, multiplici hæresum labe infectus propa. confessione deprehenditur, in eaque per annos sexdecim permansisse, et multos tum publicè, tum priuatim hæreses, quas ipse credidit, ac tenuit, edocuisse. At quoniam in suis constitutis erratorum sepè lumine uenia et misericordiam petijt inquiens, se ad unitatem S. Ro: Ecclesiæ uelle redire, omnesque hæreses, et errores, quas, uel quos credidit, ac tenuit, prompto animo abiurare, detestari, ac maledicere: propterea mitius cum ipso agendo, eidem ex misericordia uita relinquitur. Tamen ab omni ordine et Clericali priuilegio sententialiter perpetuo deponitur: Habitellum Cruce signatum pariter perpetuò deferre iubetur; cum quo habitello stet ante ianuam Ecclesiæ Maioris Vtini {ubi et abiurauit} usque completa Missa, ut ab ingredientibus, et egredientibus uideri possit; deinde ad perpetuum carcerem ducatur, ubi pro salut. pœnit. iubetur quotidie Coronam B.M.V. ante ipsius Imaginem flexis genibus recitare: omni feria sexta in pane et aqua ieiunare, et sept. psal. pœnit. cum Litanijs, et precibus genibus flexis ante Ss.mi Crucifixi Imaginem recitare: Qualibet pa. Dom.ca cuiuslibet mensis confiteri, et Euch. sumere; et in Natiuit. et Resur. Dni; præda. ueste indutus damnatur ad standum ante fores Ecclesiæ assignandæ dum Missæ celebrabuntur. Lata fuit hæc sent. die 2. Aug. 1587., at post annos duos, fracto carcere, unà cum nouem alijs carceratis arripuit fugam. Vide in lib. 3. sentiarum in Actis pag. 5.
165. Presb. Jo. Zinoga de Goritia plebanus Villæ S. Petri in Sclauonibus, et Presb. Andreas Cernoia de Spignono territorij Ciuit. fori Julij Capellanus eiusdem Villæ S. Petri: nec non Simon è dicta Villa Caupo, eiusque Vxor Vsbetta {seu Elisabetta} deferuntur insimul semel comedisse lacticinia tpore Quad.mæ Constituuntur, errata confitentur, et ueniam petunt. Presbiteri ergo per mensem suspenduntur à Diuinis, quo tpe singulis diebus Veneris ieiunare iubentur solo pane, et aqua contenti, et flexis genibus sept. psal pœnit. recitare, iurantque omnia adimplere. Simon iubetur, duobus diebus Dominicis ante fores Ecclesiæ flexis genibus inter missarum solemnia stare cum candela accensa ad manus, quem postea, completa Missa, R. Plebanus introducat in Ecclesiam, eoque ad Altare genuflexo, ipse conuersus ad populum causam publicet, ob quam d. Simon fuit pœnitentiatus. Per mensem quoque singulis diebus Veneris ieiunare præcipitur; iuratque de non amplius recidendo. Vsbetta ipsius Vxor iubetur, ante Natiuitatem Dni, nudis pedibus deuotè uisitare Ecclesiam B. M. V. in montibus. 19. 7bris
166. Vincentius Sbroliauacca Vtinensis defertur, dixisse, Martinum Lutherum uerum uiuendi modum inuenisse; Religionem uerò nram omnino uitandam esse uti pessimam. Sanctos, et D. n. J. Xpum nihil posse apud Deum. Non esse æstimandos, seu uenerandos, aut inuocandos, cum sint prorsus inutiles. Concionatores omnino edocere, quod contrium est ueritati, ideircò neque conciones ipse audit, neque Missam, neque Officia diuina. Sanctiss. Euch. sacram.to caput non aperire, imò terga uertere cum ad infirmos portatur Auditis testibus, carceratur. fit perquisitio eius domus. Constituitur primò, secundò, tertiò, et iuram.tum de ueritate dicenda non uult præstare, neque ad interrogata respondere. Constuitur quartò, et melius consultus præstat iuram.tum dicende ueri- 5. 9bris

de ueritatis, respondendiq; ad interrogata. Errores ergo, atq; hereses, quos et quas credidit, ac tenuit, de plano confitetur, et abnegat, ueniam erratorum humiliter petit, eaq; abiurare ac detestari promptum se exhibet, et mandatis S. Off. in omnibus toto corde acquiescere promittit. Quare, multiplici heretica prauitate infectum deprehenditur, multaq; uerba hereticalia, scismatica, eronea, heresim sapientia, scandalosa, et iniuriosa contra fidem catholicam, et S. Eccliae sanctiones publice eructasse inuenitur, de quibus omnibus tandem et sponte confessus est, et legitime conuictus. Igitur tanquam hereticus, et à S. Ecclia Catholica aberrator, ac deuiator, publicè abiurare cogitur in Edibus Patriarcalibus: deinde ad perpetuum carcerem damnatur in quadam domo prope Ecclesiam S. Bernardini Utini, à qua nunquam exire audeat, nisi prehabita in scriptis licentia S. Officij, ad aliqua scil. peragenda, ut infra. Jubetur insuper quotidie flexis genibus ante Imaginem Saluatoris, et B. M. V. coronam deuotè recitare: Omni feria sexta ieiunare, septemq; psal. penit. cum litanijs et precibus flexis genibus recitare: Omnibus diebus Dominicis, alijsq; festiuis diebus de precepto, et in tribus diebus ferialibus cuiuslibet hebdomade sacram Missam audire in d.a Ecclia, precipitur, eaq; completa, et suis omnibus peractis, ad carcerem statim redire. In prox.a Dom.ca in eadem Ecclia precipitur confiteri, et Euch. sumere, ac testimonium huius Confess.is, et Coionis S. Off.o exhibere. Tandem toto uite sue tpe iubetur, in Pascate, Pent., Assumpt. B. M. V, et Nat. Dni confiteri, et Euch. sumere in eadem Eccl.a Et ne premissorum unquam pretendere possit ignorantiam, eorundem traditur sibi copia. Lata fuit hec sent. die 6. Octob. 1588. prout in lib. 8. pag. 19.

167. Catharina Domenatti Obstetrix de Montefalcono Aq. Dioc. defertur, puellum quendam, qui ex utero matris, pedibus antepositis, exiuit, ueruculo (spiedo) duplici ligamine circumligasse, et ad ignem ter circumduxisse dicens, pueros, qui ita exeunt de utero matris, euadere magos, hoc est, de illis, qui ad ludos demoniacos nocturno tpe pergunt (uulgò Benandanti) Auditis testibus, ipsa quoque constituitur, suumq; peccatum liberè fatetur promittens, illud amplius non iterare. Jubetur, in duobus diebus Dominicis, ante fores Ecclie S. Ambrosij dicti loci, dum missa celebratur, flexis genibus stare cum candela accensa in manibus; et in secunda Dom.ca, completa Missa, introduci in Ecclesiam à R. Plebano, qui alta, et intelligibili uoce causam exponat huius penitentie, ne aliàs in eundem errorem incidat, ceteriq; timorem habeant. Et pro penit. sal. precipitur, per dies octo B. M. V. coronam flexis genibus recitare, et per duas hebdomadas in die Veneris ieiunare. p.a Xbris 1587.

168. Nicolaus Mauro è Villa Cinelis Conc. Dioc. denunciatur, coram pluribus retulisse, quendam Virum è d.a Villa à multis annis profectum fuisse Geneuam, ubi per aliquod tpus permansit, postea Cinelium reuersus narrabat, que Geneue audierat contra Euch. Sacram.tum, intercessionem SS.rum, et Summum Pontificem. Auditis testibus colligitur, suprad.m Nicolaum taliter fuisse locutum simpliciter referendo, et ulterius non proceditur. 26. Jan.rij 1588.

169. Leonardus Auriga è Burgo S. Petri Ciuidati denunciatur, comedisse carnes in Quad.ma Auditis testibus, citatur, cumq; mandatis S. Off. parere negligeret, citatur ad ualuas sue domus, quapropter coram P. Inq.re comparens, constituitur et carnes comedisse fatetur ob quandam infirmitatem addens, se ignoranter peccasse, et ueniam petit. Quoniam igr carnes comedit absq; super.um licentia; pro penit. salut. iubetur, in die sabbato prox.e uenturo ieiunare, et uisitare Ecclesiam B. M. V. in montibus. Insuper in die Jouis, et Veneris maioris hebdomade habitu Battutorum indutus processionaliter incedere cum alijs uisitando singulas p.° Martij

gulas

gulas Ecclias Ciuidati, et in dicta die Veneris sancti ieiunare pane, et aqua contentus.

170 Marcus Spanopoli Cretensis incola Portus Gruarij defertz, carnes comedere in sabbato, et in Quadma, missam non audire, ss Euch. Sacramtu non reuereri, annuam Confess. et Coionem ommittere. Auditis testibus, ipse quoque auditz, et fatetz se more Grecorum uiuere, quia non fuit instructus in his, que seruari debent secundum modum uiuendi S. R. E. Omnes itaque Grecorum heresis, et errores abiurat die ult. Jan. 1589., eique precipitz quattuor in mense uicibus adire R. Plebanum Parochialis Ecclie Portus Gruarij, ut ab eo instruatz in Fide Catholica. Deinde per annum integrum iubetz omnibus festiuis diebus in da Ecclia sacram Missam audire, et qualibet feria sexta Coronam recitare pro Fidelibus defunctis; Confiteri pariter, et Euch. sumere in Pascate, Pente, Assumpte B. M. V., et Nat. Dni: et per id tpus semel in mense in die Veneris ieiunare. Que sent. una cum abiurate habetz in fine processus sub die 31. Januarij 1589 — 3. martij 1588

171. Blasius Strubil de Arnoldstain prope Villacum incola Pontabie Italice Aq. Dioc. denunciatz uti suspectus de heresi: Quod per annos circiter duodecim sub utraque specie ss. Euch. Sacramtu postulauerit sibi dari, ac sumpserit: monitusque, imo iussus, ut sub una tantum specie illud sumeret, acquiescere noluit, firmiter credens, mortaliter se peccaturum, sub una tantum specie coicando. Citatz, comparet, constituitz, suum confitetz errorem, ueniam humiliter petit inquiens, se tanquam ignarum agricolam fuisse deceptum a sibi dicentibus, sub utraque specie esse coicandum; modo autem credere, sub una tantum specie totum Xpum contineri, proindeque esse coicandum more S. R. Ecclie. Itaque in Ecclia Pontabie publice cogitz abiurare, et ueniam pro scandalo dato a populo petere. Pro penit. sal. in die Purificat. B. M. V. iubetz confiteri, et coicare coram populo. Per annos quattuor sequentes confiteri pariter, et coicare precipitz in die S. Pasche, in Pent. Assumpt. B. M. V., et Nat. Dni, eorumque S. Off. fidem deferre. Et per annum integrum qualibet feria sexta Coronam B. M. V. recitare, et fuit absolutus. Habetz hec sent. in l. 3. pag. 28. lataque fuit die 3. Januarij 1589. — 3. Julij

172 Antonius Fornasarius e Ciuit. Fori Julij, a multis annis sacramentalem Confess. et Coionem, uitamque scandalosam ducere defertur. Examinantz testes, e quorum dictis deprehenditz ulterius, duas simul habere Uxores, at morte preuentus huius mundi iudicium non sensit. — 26. dti

173. Gasparus de Agnesino incola Puleinici Dioc. Conc. defertz maleficium fecisse ad impediendum usum Matrimonij inter sponsum et sponsam. Auditis, ipse quoque auditz, et errata fatetz dicens, maleficium illud didicisse a quadam Lucia dicta: la Bellita e Villa Sti Joannis districtus Puleinici: Que quidem Lucia carceri mancipatz, constituitur, et obstinate negat sibi obiecta. Vocatz Gasparus, qui in faciem ipsius Lucie dicit, et confirmat, que in suo constituto dixerat, et confirmauerat. Lucia ergo conuicta remanet, cogiturque fateri ueritatem, quam prius negauerat, eamque confirmare, et aliud insuper maleficium simile confiteri. Gasparus relegatz loco carceris Puleinici per dies quindecim, et per tres dies festiuos cogitz stare ad ualuas Ecclie Parochialis dicti loci cum candella accensa ad manus dum celebratz Missa; deinde ueniam petere a populo de scandalo ei dato. — 3. Augti

Lucia uero, publice in platea eiusdem loci damnatz per tres horas continuas ad Berlinam; et per tres dies festiuos iubetz stare ante portam supradae Ecclie cum candela ad manus accensa dum Missa celebratur; deinde ueniam petere a populo de scandalo &. Late fuerunt prefate sent. die 3. feb. 1589. prout in processu.

174. Laurentius Missonus de Modis Aq. Dioc., rusticus propter esum carnis in die Veneris denun- — ij. dti

nun-

nunciatz. Examinantz. testes, à quibus monitus, ne carnem comederet, à comestione carnis abstinere noluit. Constitutus ait, se ignoranter peccasse, et ueniam petit. Quare iubetur, duobus diebus Dominicis ante fores Ecclesiæ Mosacensis nudis pedibus cum candela accensa ad manus unius libræ (ipsius sumptibus comparanda) manere dum missa celebratur: et in secunda Dominica infra Missæ solemnia, sacerdos, eo ad se accersito, dicat populo causam, propter quam idem Laurentius fuit sic penitentiatus, petatq; ueniam ab ipso populo de scandalo eidem dato promittens in posterum similia nunquam se commissurum: qualibet die Veneris unius mensis ieiunet, pane et aqua contentus: quotidie eodem tempore missam audiat, et B. M. V. Coronam recitet primaq; Dominica futura confiteatz. et Euch. sumat.

175. Martinus Durianich Sextor è Villa Caibil districtus Ciuitatensis denunciatz. multa hæreticalia, erronea, et scandalosa eructasse inquiens: Sacerdotes in missa eleuantes SS. Hostiam nihil aliud eleuare, aut ostendere, quàm frustum panis, seu pastam: Imaginem B. M. V. de monte nihil aliud esse, quàm lignum, eamq; uenerari et adorare non esse quid magis, quàm in sylua, uel in nemore adorare lignum: Quod Ecclesias traditiones catholicosq; ritus ausus fuerit damnare, deridendo luminaria, quæ pio affectu, cordeq; deuoto fidelium asseruantz. ante Imagines Xpi Dni; B. M. V. et sanctorum inquiens, melius esse, oleum illud in ciborum condimentum conuertere, quàm ante illas Imagines consumere: Quod sacerdotes ministri sunt diaboli: Quod superstitiosa quædam commiserit, uel attentauerit, quodq; rarò uisus fuerit confiteri, et Euch. sumere. Testes in unum conueniunt contra ipsum. Carceratz. tribus examinibus subijcitz., et duro fronti sibi opposita negat: quartò constituitz. et aliqua ex leuioribus fatetz. dixisse, uel fecisse, et aliquando omnia forsitan comisisse, ait, sed non recordari, et si aliqua hæreticalia dixit, non tamen corde credidit, neq; credit, quæ dixit, sed illa dixit ex ebrietate et fatuitate, ideoq; ueniam petit, et misericordiam. Abiurat de uehementi in insigni Ecclia Collegiata Ciuit. Fori Julij, ante cuius fores ea die, qua abiurat, cogitz. stare usque dum compleantz. diuina. Deinde per mensem damnatur ad carcerem, ubi qualibet feria sexta ieiunare precipitz. pane, et aqua contentus, et in òibus Dominicis, alijsq; diebus festis ab hora prima diei usque dum sint completa Diuina stet capite aperto cum candela accensa ad manus ante fores supradæ. Ecclæ. Post illum mensem bannitur per decem annos à dª. Ciuitate, et à loco B. M. V. de monte perpetuis futuris tporibus pariter bannitur. Per tres annos continuos iubetur confiteri, et Euch. sumere in Paschate, Pent., Assumpt. B. M. V. et Nat. Dni, suiusq; obedientiæ testimonium authenticum singulis annis S. Offº deferre. Nudis pedibus ter se conferre precipitur ad Ecclesiam B. M. V. Saleani, ibiq; uenerari, et adorare ipsam B. Virginem. Toto uitæ suæ tpe semel in die B. M. V. Coronam recitet, offeratq; quinque Libras olei in Ecclia B. M. V. de monte ut ex eo lumen ardeat ante illius Imaginem. Tandem absoluitz. in forma consueta. Lata fuit hæc sent. die pª. Augusti 1589; et habetz in lib. B. pag. 35. | ij. 9bris. 1588

176. Martinus Durianich predus. defertz., dixisse, melius esse oleo uti pro condiendis cibis, quàm illud consumere pro illuminandis sanctorum imaginibus. Sprezuisse, ac derisisse SS.mum Euch. sacramentum dicens: sacerdotes eleuant Hostias in missa, postea illas sibi manducant. Auditis tribus testibus asserentibus, dm Martinum (tametsi talr fuerit locutus) esse nihilominus uirum catholicum; ipse quoque auditz; et inspecta illius simplicitate, ac uita catholica ex processu, relaxatz. cum penit. salutari. | 30. Xbris

177. Martinus idem sub die 13. 7bris supradi. anni apud R. Capitulum Insignis Ecclæ Ciuidati accusatz., multa comittere furta, multasq; usuras: quare damnatz. ad soluen-

uendas libras uigintiquinque, et in expensis processus. Sub die uerò 27. 9bris 1594. apud Castaldum eiusdem Ecclię accusatz, quod oleū lampadis B. M. V. furaretz, et deprehensus responderit; melius esse illud consumere, quàm sinere, ut ardeat ante illā Imaginem, seu stipitem. Nocte quadam Iouis (post dimidium) comedisse iecur bouis furtò sublati, et apud ipsummet eadem nocte mactati: Impie quoque contra quendā Virum opem Bmę Virg. implorantem dixisse: Che uuoi tu esclamar santa Maria? Cazzo, ti puo aiutar Ella manco, che non puo aiutarti la mia femina, e la mia femina puo aiutarti più di Lei. Che era lei altro, che una femina? Propter hęc puto, processū huiusmodi exhibitū fuisse S. Officio. De eodē infra n.º 316. ubi de prędictis, alijsq; delictis delatus fuit apud S. Off. scil. an. 1597.

178. Fr. Fran.cus Venetus Ord. Capuc. inter concionandum in Ecclia maiori Portus Gruarij inuehens contra uitium luxurię dixisse defertz, Xpum Dnum non permisisse, quempiā ex suis Discipulis d.º uitio infectū esse, quamquā in eis plura alia fuerint peccata, sicut patet de infidelitate in Petro, qui cum negauit; de ambitione in filijs Zebedei; de fuga in oibus, et de Juda, qui fuit auarus, latro, proditor, et hęreticus. Hęc igitz. cū ad aures peruenissent fratris Hieronimi de Lugo (Dōis Bononię) Ord. Pręd. qui in Ciuit. Concordię eodem tpe conciones quadragesimales habebat ad populū dixit, falsū oīno esse, Judā fuisse hęreticum, idq; asseruit in publica concione: quod dictum ad aures perueniens alterius Concionatoris, ipse quoque in publica concione iterum affirmauit, Judam fuisse hęreticū, addens, esse hęreticū illū, qui Judā fuisse hęreticū negat; sicq; uterque Concionator scandalū intulit populo. Auditis testibus, ipsi quoque constituuntz., et fr. Hieronimus cogitz. publice se corrigere, eiq; uerba ad se corrigendū prescribuntz. cū cominatione; et pro sal. pęnit. eidem pręcipitz., per mensem qualibet feria sexta ieiunare pane, et aqua contentus; flexisq; genibus sept. psal. pęnit. recitare. Fratri etiam Fran.co prescribuntz. uerba, quibus de scandalo dato se excuset coram populo, addens: Judam fuisse quidem hęreticum, qui autem id negaret, non propterea hęreticus censendus esset, nisi id pertinaciter negaret. 28. Feb. 1589

179. Prosper Raymundinus Vtinensis publ. Pręceptor Portus naonis Dioc. Conc. defertz., die quadam dictasse discipulis suis compositionē de paupertatis uirtute, eamq; oium scelerum causam, oiumq; malorū nutricem appellasse. Examinantz nonnulli ex eisdem discipulis, qui et Compositionem ipsam S. Offo exhibent, fitq; consultatio, non esse pro nunc ulterius procedendum. 22. Aug.

180. Zerbinus Maniacus Ciuitatensis, de quo n.º 93., defertz., posuisse habenā circa collū cuiusdam fris Liberalis (de num. Conuersorum) Ord. Min. de Obs. dicens, eum ducere uelle ad bibendum sicuti bestię in Torrente illo, cui nomen: Natisone, Josephū autem Fornasarium apposuisse ori dicti F. Liberalis uas plenū aqua fetida, ut biberet. Testes sunt de alieno, uno excepto: et ipse f. Liberalis examinatus super his, constanter oia negat. Quapropter fit consultatio, ne ulterius procedatur 29. d.ti

181. Antonius cognomento Bianchi de Portu ueteri Dioc. Conc. dum quadam die R. Plebanus Ecclesię d.e Villę defunctorū exequias decantaret supra Cemeterium, dixisse defertur: Che tanto ual il cantare, che fanno li Preti il Circumdederunt gli morti, quanto à cantar la Girometta; et de semetipso dixisse: Quando sarò morto, tanto ualerà cantarmi il Circumdederunt, quanto la Girometta; deq; eodem Plebano, dum sermonem in missa haberet ad populum pariter dixisse: Sarebbe meglio andare 10. maij

andar. à predicar. sopra un'albero, che sarabbe trattato da matto. Auditis testibus, è quorum dictis remanet conuictus, ipse quoque auditur. Cogitz. ergo ad abiurandum de leui in una die festo inter missarum solemnia in Ecclia suę Villę. Deinde p annum integrum iubetz. singulis diebus Veneris ieiunar., B. M. V. coronam flexis genibus recitar., et pro fidelibus defunctis orar. Quo item anno precipitz. confiteri, et Euch. sumer. in die Paschę, Pent., in Assumpt. B. M. V., et in Nat. Dni; de hisq. S. Off.o testimonium deferre. Eius sent. et abiuratio habentz in libro 2. die p.a feb. 1559. pag. 58.

182. Fr. Desiderius Sauini; Fr. Fran.cus Venturini, et Fr. Fran.cus Diana Vtin.s min. Con; accepta obedientia à P. Miniro Proali, ut ab isto Contu discedant: et ipsi eidem mittunt epistolam scribentes, se falsò calumiari à quibusdam, qui apud S. Off. denunciari merentur. Accepta epistola P. Proalis illam mittit P. Inq.ri, ut liberè suprad.orum fratrum deposit.es acciper., suoq. officio fungi. Pluriès itaque constuti, se ignoranter egisse fatentz., nec aliud habent, quod in S. Off. deponant, nisi, quod alius frater, cui nomen Euangelista, cum ex Ord. Min. de Obs. transiuit ad Ord. Min. Con., et tunc tporis huiusmodi transitus dictis Fratribus erat interdictus. Dimittuntz. cum oblig.ne se presentandi S. Off. quoties &. et F. Fran.cus Diana prohibetz., ne discedat à Contu Portus Gruarij, nisi prehabita facultat. in scriptis obtinenda à P. Inquisitore. 24. Maij. 1559

183. Daria rel. q. Tranquilli Ciuitatensis defertz., comedisse carnem in uigilia S. Andreę, et in una die Veneris: hęretica hr contra Deum, eiusq. SS.mam Matrem blasphemasse. añuam confess., et Coionem nonnunquam ommisisse: ad Ecclias rarò se conferre, ut Missam audiat, suisq. filiabus hoc idem prohibuisse; ac dixisse, peccatum esse eleemosinam Presbiteris erogare. Auditis testibus, et ipsa non semel constuta: tandem iubetz. abiurar. de leui. Jubetz insuper, in proxima Dom.ca, in Ecclia S. Spus Ciuit. Fori Julij, accepta candela accensa de manu Sacerdotis cum Missam uult celebrar., ad Altar. Missam deuotè audire inter alias mulieres cum ipsa candela accensa in manibus: temporè uerò Offertorij, acceder. ad Altar., et candelam eandem accensam Sacerdoti offerre, à quo benediction. accepta, reuertatz ad suum locum. Jubetz. quoque loco penit. sal. per duos annos confiteri, et Euch. sumer. in Pent., Assumpt. B. M. V., et in Nat. Dni in Ecclia predicta, in Pascat. uerò in prop.a Ecclia Parochiali: quo etiam tpore oibus festiuis diebus, feria quarta, et sexta Missam audir. precipitur. Per mensem pariter in diebus Veneris ieiunar., pan. et aqua contenta, septem psal. penit. cum Litanijs, et precibus recitare, totoq. uitę suę cursu diebus singulis B. M. V. coronam flexis genibus pariter recitar. iubetur. Lata fuit prefata sent. die 28. Julij eiusdem anni, prout in Lib. B. pag. 31. 24. Junij

184. Paulus Vasius de Spilimbergo Dioc. Conc. (de quo supra n.o 153) Not., et grammaticę Preceptor in Terra S. Danielis, ubi et annis 33. officio Cancellarij functus fuerat, denunciatz., multis annis de hęretica prauitat. fuisse infectum; et quendam Judeum dum in Fide Xpiana cathechizaretz. ab eadem Fide auertere studuisse. Habitis dictis testium, ipse quoque pluriès constuitur; tandem erratorum ueritatem aperiens, multas hęreses, et opiniones erroneas, temerarias, et scandalosas tenuisse, credidisse, sustinuiss. et aliquas uti ueras, et catholicas docuiss. deprehenditur, et Judeum pred.um à Fidi cath. retrahere ausus fuerit. Itaque mitius agendo cum ipso, eidem ex misericordia uita donatur: Abiurar. tamen publicè cogitz. uti hęreticum in Ecclia S. Michaelis Terrę S. Danielis, ubi et in forma consueta absoluitur. Deinde iubetz. statim indui habitello cum Cruce ant., et retro in signum penit.ę seq. conferre ad portam pripalem suprad.ę Ecclię, ibiq. capite aperto stare quousque compleantz. diuina, ut ab ingredientibus, pariter et egredientibus uideri possit. Priuatz. officio Preceptoris, quia contra Canonicas Sanctiones, non emissa

Fidei

Fidei profess. in manu Epi eodem Offo fungere ausus fuit. Damnatz. ad perpetuum carcerem, qui tamen, attenta ipsius senectute (erat quippe octogenarius) et egritud., in domu propria ei comutatz., à qua tamen exire non audeat absque licentia in scriptis obtinenda, et ad sequentia duntaxat peragenda, uidelt: omnibus diebus Dnicis, alijsq. ex precepto Eccliæ diebus festis, in Ecclia Parochiali Spilimbergi missam audiat, eaq. completa, et suis oronibus peractis, nullibi diuertendo, ad carcerem, seu domum suam reuertatur.
Perpetuò item, seu toto uitæ suæ tpore in d. Ecclia confiteatz., et cõicet in Pascati, Pente, Assumpt. B. M. V., et Nat. Dni, horumq. testim. autent. S. Off. exhibeat.
Eodem uitæ suæ tpore õibus diebus Veneris ante Imaginem D. N. Jesu Xpi sept. psal. pen. flexis genibus recitet.
Quotidie pariter ante Imaginem B. M. V. eiusdem Coronam recitet.
Lata fuit hæc sent. die 16. Aug. 1590., et habetz. in lib. 3. pag. 75.

185. Fr. Joannes Dina Venetus Ord. Min. de Obser. Guard. Contus S. Agnetis extra muros Portus Gruarij tpore Jubilei denegat suis Fratribus licentia uisitandi Ecclias pro Jubileo consequendo: delatus S. Off., examinantz. testes, ipseq. constutus, non ex malo uoluntatis affectu erga S. Jubileum, sed incautè, ait, se prefata licentiam negasse, factiq. dolet, ueniam, et misericordiam humiltr postulans. Cum uerò de illius bona fama, uitæq. integritate constet ex dictis testium, declaratz. immunis ab omni hæresis suspitione: tamen propter scandalum fortasis denegando licentiam Fribus dato, iubetz., coram eisdem, improuide se negasse licentiam, dicere, et ueniam ab ipsis petere, si quid scandali ortu fuerit inter illos: et pro penit. sal. precipitz ei ieiunium in pane, et aqua tribus diebus Veneris, adhibita etiam disciplina. 29. Junij 1589.

186. Joanna Hasocchi Ciuitatensis defertz. fascinationibus incumbere, oleumq. sanctum petijsse à quodam Presb. Nicolao Brusadula ad fascinandum Juuenem quendam Matrimonij causa. Testibus auditis, constuitz d. Presbiter, cumq. pluriès constutus semper sibi opposita negaret, dimittitz pro nunc cu fideiussione de stando Juri, seq. presentando sub pena ducatorum centum. ij. Julij

187 Presb. Bartol. Portulanus (de quo supra n.o 114.) denunciatz. uti inobediens erga S. Offm, quippe qui exorcismos, benedictiones, et superstitiones ab eodem S. Off. sibi penaliter inhibitas reiteret. Carceratz., examinantz. testes, à quibus non grauatur. Constutus, ait, se nihil egisse, nisi ex caritate, et necessitate, et facultate obtenta à S. Offo: quæ quidem cum falsa comperta sint, imo appareat, eum Sacramta ministrasse, et Missam celebrasse p annum ferè integrum in Villa Sauorgnana, cum ab his esset õino suspensus ab hoc S. Offo, declaratz. irregularis, et bannitz. perpetuò à toto Patriarcatu. Quod si unquam banno contrauenisse constiterit, ex nunc pro tunc, ad perpetuu carcerem damnatz., firma nihilominus, et in suo robore permanente pa sent.a, prout in 2.o lib. pag. 150. Hæc uerò posterior sent.a lata fuit contra eundem die 31. Januarij 1590. prout in lib. 3. pag. 41. Dispensatz. tamen super irregularitate, ut Missam celebrare ualeat, et dimittitur. 23. Augi

188. Homo quidam in Terra Portusnaonis eleemosinam petendo hæreses euomet. Carceratz. et testes stant contra ipsum. Constuitz, et interrogz. de noe, cognoe, Patria, et exercitio, ait: Jo mi chiamo fra Simon Giustiniano figlio nat.le del Clariss. sig.r Giustiniano Giustiniani dell' Ord.e della Congne della Madonna di Montarton: et diuersimodè interrogatus, non esse sanæ mentis deprehenditur. Decernitz. itaque eum in carcerem custodire, et cu Rmo D. Legato agere, ut ad suam Religionem reuertatur. 6. 8bris

189. Fr. Francus Diana Vtinensis Ord. Min. Con. (de quo supra n.o 182.) per Minimum Pr.oalem iubetz. sub pena suspensis à Diuinis ab isto Contu, et à Patria Fori Julij discedere. 7. Xbris

Non

Non discedit, et interim missam celebrat. P. Prouinc.lis epistolam P.ri Inq.ri, ut contra dictum Fratrem procedat, uti contemptorem ecc.liæ censuræ, nempe irregularitatis, quam suppo-nit incurrisse ex missæ celebratione. Tamen ex dictis testium, et constituto eiusdem F. Fran.ci non colligitur contemptus suppositus, quia scil. non fuit declaratus irregularis, neque eidem no-tificatum fuit irregularitatem incurrisse; et ideo neque à S. Off.o punibilis redditur.

190 Joseph Minutus rusticus habitans in Burgo S. Lazari Vtini defertur superstitiosè agere circa bo-ues, et alia animalia, ne occidantur à Lupis. Auditis testibus, ipso etiam constituto, et cogni-ta ipsius simplicitate in agendo, iubetur, in posterum ab eiusmodi, aliisque superstitioni-bus abstinere, et eidem salut. impositis pœnit., dimittitur 18. Xbris.

191. Angelus Fila rusticus habitans Vtini in Burgo, cui nomen: Porta di Cosceo defertur, quadam die coram multis, qui de Jubileo uniuersali misso à Summo Pontifice pium sermonem habebant contra eundem Summum Pontificem uerba iniuriosa, et scandalosa protulisse dicens: Che il Papa è un becco cornuto, un bugeron: Che manda q.ti Giubilei per Preti e p. Fra-ti, per cauar soldi da secolari. Testes sunt contra eum, ipse uerò constitutus aliqualiter se excusat, et ueniam petit. Quapropter, attenta ipsius ignorantia, decernitur ob scandalum datum, eidem imponendam esse pœnit. publicam: Jubetur ergo, duobus Domi-nicis diebus in porta Ecc.liæ S. Petri Burgi Aquileiæ, dum missa celebratur, stare flexis genibus, capite nudato, ac sine pallio cum candela in manu accensa. In secundo uerò die, à Sacerdote uocatus, ad Altare accedat, et accepta de illius manu candela accensa Sacerdos ipse populo narret causam talis pœnitentiæ; deinde pro scandalo populo il-lato ueniam ab ipso petat. Per mensem quoque singulis diebus Veneris ieiunare, pane, et aqua contentus, iubetur, iisdemque diebus flexis genibus B. M. V. Coronam recitare pariter iubetur, et duobus festiuis diebus omnes Ecc.lias Vtini uisitare. Lata fuit hæc sent. die 3. Feb. 1590. prout in lib. 3. pag. 43. 27. d.ti

192. Jacobus Saltabeni è Villa Crauglis Imperialis Ditionis defertur, in die Veneris, et Sabbati comedisse carnes in Cauponia Bernardini de Fontebono, Vtini; quas tamen carnes sibi-met coemerat, easque (ut ipse dixit) de licentia R. Plebani et Exc. Medici comede-bat, eo quod morbo gallico laboraret. Audiuntur testes. Constituuntur Bernardinus præd.us eiusque Vxor Oliua, quæ carnes coxerat petens à suprad.o Jacobo; an licentiam haberet co-medendi carnes. Sed quoniam licentiam in scriptis sibi ostendi non petierunt iux-ta S. Officij Edictum, imponuntur eis pœnit. salut., et dimittuntur. 6. Januarij. 1590

193. Fr. Jo. Fran. Crusuiutus Vtin.s Ord. Min. de Obs. spontè se accusat apud P. Inq.rem, quod cum alter eiusdem Ord. frater die quadam assereret, Viros quamplures humiliter natos, ni-hilominus ob uirtutum merita ad Dignitates, etiam supremas in Ecc.lia Dei euectos fuisse; ipse, ut ostenderet, de eiusmodi Dignitatibus (quo ad se) nihil curare, res-pondit dicens: Che me ne incago, referens dictum istud (prout in suamet depositione pro-testatus est) ad ambitionem, et uanam gloriam, quæ cõiter honores, et dignitates con-sequi solent. 16. d.ti

Eodem anno, 23. 9bris, fr. Angelus de Ferraria suprad. Ord. Guard. Vtini coram P. Inq.re se sistit, eique folium exhibet in quo exponit, fratres nonnullos aduersus ipsum egisse apud eorum Minrum Proalem, ut ab Off. Guard.tus eum deponeret, quod cum non obtinuissent, apud S. Off. eum accusauerunt. Auditis testibus, ipsi pariter denunciati audiuntur, qui tamen ab oppositis se tuentur

194 Presb. Melchior de Plebe Auiani Dioc. Conc. denunciatur, apud se habere dæmonem, à quo petit responsa. Decernitur, procedendum; sed audito unico teste, siletur, quia ille migrat è uita. 14 Feb.

195. Pe-

195. Petrus Stuarius Vtini deferꝫ. sortilegium commisisse ad res perditas inueniendas. 17. Feb. 1590.
Constituꝫ, et confessus, iubetꝫ, ueniam petere ab illis propter scandalum, intorcitum trium librarum Eccliæ B. M. V. Gratiarum offerre, ibiq; bis psal. penit. recitare.

196. Thomas, et Joannes Grisones è regione Aquilina, fama præcedenti, nunquam confite- 19. Marty
ri, neq; Euch. sumere, nec missam audire, uti suspecti in fide procesantur: at propter eorũ absentiam ad ulteriora non proceditur.

197. Matthias Tomassinus
Joannes Cesaratus, et } è Villa italicè Sciuignano Aquilẽ Diœcesis
Leonardus Cecottus
despicientes Jubileum missum à Sumõ Pontifice, Oleum sanctum, et Jeiunium, 6. Aplis
aduersus eosdem sumunꝫ. testes ex Officio, quibus auditis, siletur.

198. Salustius Jannius legum Doct è Spilimbergo Diœc. Conc. deferꝫ, duo oua comedisse in una 14. dꞇ
die Quad. Citatus, comparet. Constitutus, id fecisse, ait, cum superiorũ licentia {quam et in scriptis ostendit} monetꝫ, ut cautè, et ammoto scandalo uetitis cibis cum debita licentia utatur in futuro, et dimittitur

199. Marquardus Fratina.
Nicolaus Ant. medicus
Daniel Poscutus, et
Dominicus Bertola.
} è Portu Gruario ex Officio citanꝫ., et monentur, ut peccata sua sacramẽlr confiteantur, et Eucharistiam sumant iuxta præceptum S. Matris Ecclię, alioquin contra ipsos, ueluti de hæresi suspectos, procedetur. pº May

200. Presb. Gaspar Wibzer de Valle Gilę Prouincię Carinthię, Plebanus Ecclię S. Martini 9. Junij
Villę Bistricię Aquil. Diœc. denunciatꝫ, sub utraq; specie Euch. Laicis dedisse; plures simul à peccatis absoluisse: in domibus priuatis baptizasse, aquã uerò, quę ex Bapmo. collato, supererat, uel in Horto, uel supra defunctorũ ossibus in Cœmeterio proiecisse: sæpe etiam in ebrietate baptizasse: Concubinã habuisse nõe Afram, deinde matrimonio sibi copulasse quandam Luciam è Plaiperel, ex quibus filios, et filias procreauit. Procesatus, carceratus, constituꝫ., errata confitetꝫ., super intent. torquetꝫ. Deinde iubetꝫ abiurare de uehementi. Propter publicũ, et notoriũ concubinatum cum Afra, et Lucia prædtis (acceperat enim Luciam, non in Vxorem, sed in Matremfamillas, data dextera ad dexteram tpore, quo erat ebrius, quod et in tortura asseruit, et sustinuit) declaratur ipso iure suspensus à Diuinis, et propter Missarum celebrationem, et Sacramentorũ administrationem irregularis. Per annũ bannitꝫ. à prædta Villa, et à tota Diœc. Aquilẽ Priuatꝫ. perpetuò cura aĩarum, et Sacramentorũ administrate, inhabilisq; ad hęc declaratur. Post ipsius è carcere dimissionem iubetꝫ, se conferre ad Villam Bistricię, et in die festo in illa Ecclia sermonem habere ad populum super scandalo ei datoꝫ propter Sacramentorũ administrat., et propter concubinatum contra statuta, et præcepta S. R. E., ueniam humilr petendo, et promittens, opera hæreticalia se amplius nõ patraturum, neq; ad concubinatum redditurum: de quibus fidem illius R. Plebani deferat S. Officio. Quod item peregrinando, Eccliam S. Petri Romę ac insigniores ibidem Ecclias uisitet, sacramẽlr peccata sua confiteatꝫ., et Euch. sumat: et hęc item faciat in Ecclia Lauretana in Prouincia Marchię, deq; huõi peregrinate, uisitate, confesse, et communione testimonia autentica deferat S. Officio. Pro ebrietatibus autem, in quibus sępe baptizabat, iubetꝫ., toto uitę suę tpore oĩbus diebus Veneris ieiunare, flexisq; genibꝫ sept. psal. penit. recitare. Tandem sub pœna carceris perpetui eidem præcipitꝫ., ut omnino à consortio suprad. Lucię se separet, nec amplius conuersetꝫ. cum illa, aut ad ipsius concubinatum reuertatur. Lata fuit præfata sent. die 8. 7bris 1590, et habetꝫ. in lib. 3. pag 45. cum abiuratione

201. Ber.

201 Bernardus Zineck de Malborghetto Dioc. Aquil. denunciatur apud Illmum D. Patriarcam uti in fide suspectus, eo quod confiteatur, et coiret more Lutheranorum, à quibus et baptizari facit suos filios in domo propria, Missam non audiat, et carnes comedat diebus uetitis ab Ecclesia. Carceratur à R. D. Vic.o Modij, deinde Vtinum ducitur, ubi pariter carceri mancipatur. Examinantur testes, et acceptis literis Ducalibus à Clar.mo D. Locumt.e, è carcere dimittitur. Mittuntur literæ suprad.o Vic.o Modij, ne amplius quempiam retineat ob res fidei absque expressa facultate S. Officij. 20. July 1590

202 Jo. Bapta Roni è Villa Paseani de Prato Dioc. Aquil. et
Albertus è Villa S. Joannis prope Sacillum Dioc. Conc.
deferuntur uetitos cibos comedisse in uigilia S. Jacobi, et S. Laurentij. Auditis pluribus testibus, Tabernarius cum ipsius Vxore penitentiantur, eo quod oua, et caseum in mensa apposuerunt suprad.is delatis, et absoluuntur ab Exc.e. Aliud non apparet. 24. 8bris

203. Menica, seu Dominica Vxor Petri Buro è Villa Mortecini in Carinthia Aq. Dioc. denunciatur mortem intulisse nonnullis animalibus Baptæ Scarpini eiusdem Villæ, communiterque haberi pro femina prestigiosa. Habitis depositionibus aliquarum feminarum, et ipsius Baptæ Scarpini, siletur 31. 8bris

204 Presb. Christophorus Mulchia Plebanus Condtæ et
Presb. Auspamer Curatus Campi Rubei } in Carinthia.
iteratis uicibus citantur ad ferendum testimonium in causa suprad.i Bernardi Zineck ipsi autem comparere omnino renuentes, excoicantur 19 Aug.ti

205. Petrus Roni è Villa Cintlis Conc. Dioc. defertur male sentire de Fide Cathol. hæresisque labe infectum esse, Summum Pontificem, et Excoicationem contra ipsum latam propter annuæ Confess.is et Coionis ommissionem, spernere. Ex dictis aliquorum testium ulterius habetur, eundem Petrum frequenter nimis hæreticaliter blasphemare; temporibus exceptis ab Ecclesia carnes comedere, idque non esse peccatum asserere; missæ nunquam aut perraro interesse. Præterea aliud non apparet. 5. 9bris

206 Zacharias Fratina è Portu Gruario defertur, toto uitæ suæ tempore (erat enim 24. annorum) nunquam sacramentaliter fuisse confessum, aut sacra Euch. refectum, missæ raro interesse, et tunc in loco se sistere abscondito, ne eleuationem uideat SS.mæ Hostiæ, cibisque exceptis ab Ecclesia uesci diebus singulis. Habitis duorum testium dictis, siletur. 10. Febr. 1591.

207 Gregorius Polus de Augusta incola Vtini denunciatur uti hæreticus Lutheranus, qui in ipsa processus formatione migrat è uita. 8. Martij
+ Piperrol

Fran.cus Polmet Tabernarius de Villaco Aq. Dioc. denunciatur uti hæreticus. Auditis testibus carceratur, et constituitur, et ex ipsius confess.e inuenitur ab infantia à Parentibus suis hæresi lutherana infectis, et à preceptoribus hæreticis in eadem prauitate eum fuisse edoctum, et instructum: Quapropter cum ipso misericorditer agendo, absoluitur ab Exc.e, et penitentiatur. Vt in festo S. Jo. Baptæ in Ecclia B. M. V. Gratiarum Vtini confiteatur, et Euch. sumat. Vt in Assumpt. B. M. V. ad Eccl.iam eiusdem Virg. Florzotæ in monte se conferat, ibique confiteatur et Euch. sumat. Per quinquennium ter in anno, scil. in Pascate, in Pent., et in Nat. Dni confiteatur, et Euch. sumat, horumque fidem S. Off. deferat. Quod per annum semel in mense in feria sexta ieiunet solo pane, et aqua contentus, flexisque genibus sept. psal. penit. cum Litanijs, et precibus sequentibus recitet. Tandem per annum singulis diebus sabbati Ecclesiam B. M. V. Gratiarum uisitet, oretque ipsam B. V. et oes Sanctos, ut pro eo apud Deum intercedant, ut in Fide Catholica usque in finem uitæ perseueret. Quæ quidem sententia lata fuit die 10. Junij 1590., et habetur in lib. 3 pag. 61. die d.ta

Joannes Federicus de Elmonstorff incola Vtini defertur, carnes comedisse cum Hæreticis

cis Lutheranis diebus uetitis ab Ecclesia, et Hereticorum libro apud se habere. Acceptis testium dictis, ipsoque constituto, sibi opposita comprobantur, et in salutat. Angelica reperitur, eum more Hereticorum negantium Sanctorum intercessionem ommisisse uerba illa: Sancta Maria ora pro nobis peccatoribus. Abiurat de leui, eique iniungitur, ut per biennium in Pascate, Pent., et Nat. Dñi confiteatur, et Euch. sumat, horumque fidem S. Off. deferat. Quod per annum semel in mense in feria sexta flexis genibus sept. psal. penit. recitet ante Imaginem Sanctiss. Crucifixi, et in sabbato quolibet eiusdem anni recitet Coronam B. M. V., addatque in Salut. Angelica in posterum iuxta ritum S. R. E. uerba illa: Sancta Maria ora pro nobis peccatoribus, et in ho. m. nrę. Amen.

+ prope Frisacum — Georgius Payser è loco Morau + Parochię Carinthię Archidioc. Salzpurgensis, incola Utini heresi dicebatur Lutherana infectus esse defertur. Auditis testibus, ipse detinetur. Constitutus, omnia ferè sibi opposita negat: solum fatetur, in partibus Germanię Euch. sumpsisse sub utraque specie, et in Italia nunquam fuisse confessum peccata sua, neque Euch. sumpsisse. Abiurat de uehementi, et pro salut. penit. iubetur. In Dom. 2. Quad. confiteri, et in Ecclesia maiori Utini, post Missam maiorem, ad Altare maius Euch. sumere, horumque fidem S. Off. deferre. Quod in Dom.ca 4. eiusdem Quad. idem exequatur in Ecclesia Sulmetij, ac testimonium deferat. Quod per quinquennium confiteatur, et Euch. sumat in Pascate et Nat. Dñi, et fidem deferat quolibet anno. Quod per triennium omnibus diebus mercurij, et Veneris, preter dies festos, missam audiat. Quod per annum singulis diebus sabbati flexis genibus B. M. V. coronam recitet. Quod item per annum semel in mense in die Veneris ieiunet, recitetque sept. psal. penitentiales; et absoluitur. Vide in lib. 3 pag. 147. prefatam sent., que lata fuit die 26. feb. 1596. Abiuratio uero subsecuta fuit die 29. eiusdem.

208. Hieronimus Candidus Capitaneus Venzoni Aq. Diecesis, et
Hieronimus Sinus à S. Daniele ibidem humanarum Litt. Preceptor
deferuntur, pluribus annis concubinas apud se habuisse, et ex illis filios procreasse, non tamen fuisse confessos, neque Euch. sumpsisse. Itaque auditis testibus, et ipsorum pariter constitutis, coguntur statim expellere concubinas: deinde ad tollendum scandalum datum, iubentur in festo Purificat. B. M. V. confiteri, et Euch. sumere post Missam maiorem in Ecclesia Parochiali Venzoni, horumque fidem S. Off. deferre. Quod per triennium in die S. Pasche, Pent., et Nat. Dñi in eadem Ecclesia, precedente suorum peccatorum confess.e, Euch. sumant, et de his fidem S. Off.o singulis annis exhibeant: et per annum omnibus diebus Veneris flexis genibus sept. psal. penit. recitent. Lata fuit hec sent. die 24. Jan. 1592 prout in lib. 3. pag. 59. — 29. Aprilis 1591.

209. Leonardus Manzoccus rusticus è Villa Nimis Aq. Dioc., non semel iureiurando dixisse defertur: Che non darebbe un capelo, che tutti le Chiese fossero con li piedi in sù. Che tanto gli uale dire un Pater noster la mattina, quando leua il sole, ò auanti un' alboro, che in Chiesa: Che crede, che il sole sia Dio: Che se bene non ui fosse Dio, uorrebbe uiuere: Che poco si cura di Messe, e de diuini Offici. Additque Delator, d.m Leonardum lacticinia comedisse tempore Quad. asserens, id fieri posse absque pecco. Addit insuper, Antonium d.ti Leonardi fratrem aliquas ex predictis propositionibus protulisse, et lacticinia tempore Quad. comedisse. Testibus auditis, citantur. Et primò constituitur Leonardus, qui sibi obiecta partim negat, partim fatetur. Carceri mancipatur, iterum constituitur, et eodem modo ad interrogata respondet. Dimittitur ergo Ant.o eius frater et ipse cogitur abiurare de leui. Deinde in festo Purif. B. M. V. iubetur confiteri, et Euch. sumere, idque per quattuor sequentes annos seruare iubetur in Pascate, in Pent., in Assumpt. B. M. V., et in Nat. Dñi. Per annum insuper iubetur, singulis diebus sabbati in Ecclesia Parochiali suę Villę ante Altare, ubi reconditum est Corpus Dñi, flexis genibus B. M. V. Coronam recitare. Per aliud annum simili[ter] — 22. d.°

quolibet

qualibet feria sexta ieiunare, solo pane, et aqua contentus semel Ecclam B. M. V. de monte uisitare, ibiq; missam audire, et candelam albam ponderis trium librarum eidem offerre, tandem ad libitum sui Plebani in termino trium mensium iubetur suae Parochiali Ecclesiae sexaginta libras soluere. Lata fuit hec sent. die 21. Januarij 1592. prout in lib. 3. pag. 55. De hoc etiã uide infra nº. 230. et 288.

210. Orlandus Locatellus de Puleinies Conc. Dioc., hereticas protulisse blasphemias, annuamq; confess. et Cõionem pluribus annis ommisisse defertur. Auditis pluribus testibus, citatur sub pena exe latę sent.e sed non comparet. Citatur ad audiendum declarari, se in exe. incidisse, et comparet, seq; in fortijs S. Off. constituit. Examinatur. Petit indicia sibi opposita ad se tuendum, deinde, prequia fideiussore; eidem permittitur, in domum suam se recipere, aliud non apparet, quia expeditus per mortem 1594. 6. maij 1593

211. Fr Joannes de Marsetica Ord. Min. de Ob. propositionem suspectã protulisse defertur, nempe: Ad Ciuitatem Geneuę iturum se potius, ubi esset primus Theologorum, quam obedientiam implere, eundo scil. ad comorandum in Contu Terrę Glemonę. Auditis testibus, habitoq; d.ti f. Joannis constituto, nihil, quod heresim, aut suspitionem heresis redoleat, infertur ex illa propõne, statuitur ergo, esse dimittendum cum penit. salut.bus, uidlt, pº. quod in publ. mensa ueniam petat de scandalo dato ex prolatione suprad.te propõnis, promittatq; in posterum esse bonum catholicum, et nullatenus, se iturum ad loca hereticorum, nisi forte ex obedientia, et ut hereticos reuocaret ab erroribus suis. 2º. quod dum fratres recitant ibidem psal. Miserere, ipse faciat publ. disciplinam. 3º. quod per septem dies continuos ante Altare maius flexis genibus recitet psal. penitẽtiales. Tandem sex diebus Veneris ieiunet, pane, et aqua contentus. Vide hanc sent. in lib. 2. à tergo pag. 64., lataq; fuit die 5. Aug. 1593. 6. Julij

212 Valentinus Jaioni è Villa Caprileanum sponte se accusat, quod quatuor mensibus conuersatus est in Terra Clafurti in Carinthia cum Lutheranis, carnes comedit diebus uetitis, et concionibus eorum interfuit; petit absolui, et S. Ecclię reconciliari. Absoluitur eiq; iniungitur, ut in die Assumpt. B. M. V. confiteatur et Euch. sumat. Quod in diebus septem sabbati (exceptis quattuor Temporibus) ieiunet, pane, et aqua contentus, ac in eisdem sabbati diebus B. M.e V. coronam recitet, et dimittitur. 9. Aug.ti

213. Claudius Morai è Portu Naone Dioc. Conc. denunciatur, in multis heresi Lutherana semetipsum, et alios etiã infecisse. Testibus auditis, et nihil probantibus, siletur. 21. 7bris

214 Nicolaus Ant. cognom.to Medici (de quo supra nº. 199.) è Portu Gruario defertur uti suspectus in fide, eo quod Diuinam prouidentiam neget, et circa res Fidei parum catholicè sentiat. Aliud non apparet. 9. Febr 1592.

215. Daniel Gorgatius de Puleinies Conc. Dioc. in die sabbati sanguinem, iecur, et pulmonem Capri, quem eodem die ipse mactauerat, comedisse defertur, ac etiã lacticinia in Quadragesima: super quibus testes sunt contestes; ipse uerò bis constitutus negationibus, confess.bus et excusationibus ad interrogata respondet. Quare uti conuictus per testes ad abiurandum cogitur de leui: et pro salut. penit.is per annum integrum iubetur quolibet die sabbati ieiunare, missam audire, et B. M. V. coronã flexis genibus recitare. Per annum item quolibet die Dnico ad Ecclesiam Sanctiss. Trinitatis in districtu Puleiniei se conferre, ibiq; genibus flexis decies orõnem Dnicam, totidemq; Angelicã salutationem recitare. Per annos tres, in Pascate, in Pent. et in Nat. Dni confiteri, et Euch. sumere, et fidem autenticam quolibet anno S. Off. deferre, pariter iubetur. Lata fuit hec sent. die 29. 8bris 1593. et habetur in lib. 2. pag. 70. 18. Aplis

216 Leonardus Gosper de Pontabia Veneta defertur, dubitationem de iusta ac saluberrima prohibitione circa comestionem carnis, ouorum, et lacticiniorum tpe Quadrag.mę propter uerba illa Matth. 15. <u>Non quod intrat in os, coinquinat hoiem</u>; quare et oua, et lacticinia ipse comedit dicto tpore, et alijs in suo hospitio comedenda apposuisse deprehenditur. 2. maij.

tur. Citatꝫ., constutꝫ., et expositioni dictorum uerborum intellecta quiescit. Cogitꝫ abiurari de leui: deinde pro salut.bus penit. iubetꝫ. Primò confiteri, et Euch. sumeri in solemnitati omium Sanctorum, et fidem authenticam S. Off. deferri. 2. Annis duobus, ter in anno, scil in Pascati, in Pent., et in Nat. Dni confiteri, et Euch. sumeri. 3. Mensibus 4. qualibet feria sexta ieiunari, flexisq. genibus psal. penit. recitari. 4. Per annum integrum quolibet die sabbati B. M. V. coronam recitare. 5. demum, apud se non retineat, neq. legat sacram Bibliam, neq. Euangelia uulgari sermoni impressa. Lata fuit hec sent. die 23. Octob. 1592., eamq. habes in lib. 3. pag. 87.

217. Antonius Jacobi Falconij de Ciuignano Aq. Dioc. sponte comparet, et ad quęrendũ suũ fratrem ait, se contulisse ad locum Crems prope Viennam, quem cũ non inuenisset, ipse uerò esset pauper, adhesit uni Viro, cui nomen Leonardus Cargnello de Villa Regolata, cũ illo autem sepe itinerando, cogebatꝫ carnes comedere diebus sabbati, eo quod Caupones, ad quos diuertebantur (erant enim heretici Lutherani, sicut et ipse Leonardus) nihil aliud, preter carnes, apponebant in mensa. Veniam petit. et S. Ecclię reconciliari. Absolutꝫ, et sal. penit. eidem iniunctis, dimettitur. 9. Maij 1592.

218. Vrsetta, et Matthiassius eius filius Cieulini de Crauero (furlanè) Crauer. Aq. Dioc. Stephanus Vuolar, et
Lenea eius soror, de eodem suprad. loco: districtus Ciuitatis Fori Julij
denunciantꝫ., multa malefitia, sortilegia, et alias superstitiones perpetrasse, ex quibus et paruulorũ, et bestiarũ mors subsecuta est. Auditis testibus, è quorũ dictis conuicti deprehenduntꝫ., citantꝫ. sub pena exc., sed non comparent. Per zedulones publicos declarantur excoicati ad Valuas Ecclię Collegiatę suprad.tę Ciuitatis, et S. Leonardi Plebis sclabonię eiusdẽ districtus, et adhuc inobedientes, et contuces se ostendunt. Cumq. p annũ, et supra in excoic.; et contumacia permansisent, declarantꝫ heretici pertinaces, et impenitentes, et brachio seculari relinquuntꝫ., ut si quando in illius potestati deuenerint, erga illos, et unumquemque eorũ citra sanguinis effusionem, et citra mortis periculum suam sententiã moderetur. Lata fuit hęc diffinitiua sent. die 6. Junij 1594. prout in lib. 3. pag. 103. 4. Junij.

219. Gregorius Peliparius de Pontabia Veneta primò Catholicus, deinde mori Lutheranorũ uitam ducere, contra fidem catholicã persepe loqui, ut alios ad falsam Lutheri sectam trahat, defertur. Duobus testibus fide dignis auditis, ipse Greg. ter sub pena exc., ac perpetui banni à tota Dioc. Aquil. citatus, inobediens, et contumax non comparet. Declaratꝫ itaqui excoicatus, et bannitus, et ut talis iubetꝫ. publicari inter Missarum solemnia in Ecclia S. Marię Pontabię Venetę, et ad ualuas eiusdem Ecclię zedulonem affigi. Quod si per annũ in exc. animo indurato perseuerauerit, uti hereticus impenitens, brachio seculari puniendus relinquitur. Lata fuit prefata sent. die 5. July 1592. prout in lib. 3. pag. 103. ult. D.

220. Catharina è Villa Dobbia è Territ.o Montisfalconi Aq. Dioc., rel. q. Laurentij . . . . . Caleerij (calegaro) habitans in Villa Manzani eiusdem Dioc. deferꝫ., sortilegium cribri ad inueniendam pecuniã furtò sublatam. Habitis testiũ dictis, ipsiusq. Catharinę confess.e, erratorum ueniã humilr deposcentis: attenta eius rusticitati, sexusq. fragilitati. Ad tollendũ scandalũ populo illatum, cogitꝫ. abiurari de leui coram P. Inq.re in Ecclia S. Francisci. Deinde, Dom.ca proxima à principio Missę usque ad finem iubetꝫ. cũ candela unius librę in manibus accensa genibus flexis stari in porta suprad.tę Villę, completa uerò Missa, candelam deferat Sacerdoti, qui causã eiusmodi penitentię populo adstanti manifestet: ipsa autem Catharina prefatę obedientię, et executionis fidem authenticam S. Off. deferat. Jubetꝫ. insuper in termino dierũ octo nudis pedibus uisitare Ecclia S. Marię de Monti. Quod p tres menses qualibet feria sexta ieiunet, et in Ecclia genibus flexis recitet B. M. V. coronam. Tandem, p annum confiteat, et Euch. sumat in festo omium Sancto- 4. July

rum

rum, in Nat. Dni, in Pascati, et in Pentecosti. Vide sent. in lib. 13. pag. 71. lataq; fuit die 15. septembris 1592.

Jacoba Uxor Gasparis Gasparini è Villa Manzano deferts. ipsius causâ, et occasionē supradē. Catharinā sortilegium commisisse, quia scil. ipsa Jacoba imputabatr de furto predicto. Auditis ergo eisdem testibus, et habita eiusdem Jacobę confess. cum humili ueniç petitionē: ab heresis suspitione declaratr. immunis. Tamen ad tollendum scandalum de populo, eodem modo penitentiatr. sicut Catharina. Vide sent. in eodem lib. pag. 73 eodem die, et anno latam

221. Georgius Theutonicus.
Petrus de Ampezo Cadubrij, et
Andreas de eodem loco. } Aq. Diecesis.
per D. Joannem de Portis Capitaneū Abbatię Sexti nullius Dioc. procesants, et tanquā uagi, erraбundi ad triremes damnantur. At quoniā Georgius, et Andreas in suis constutis accusauerunt Petrū, quod habitu Religionis Capuccinorū indutus peregrè profectus erat eleemosinam petendo: Andreas uerò post suum examen intelligens, se forè ad triremes damnandum, dixit: Se io uado in galera, uoglio rinegar la fede, e farmi turco: idirco d. Dnus Capit. confecto processu, misit ad P. Inq. Aquileię ab eo requirens: Nunquid in delationē supradē. habitus et prolatē supradē uerborū aliquid esset, quod ad S. Off. pertineret. Cui P. Inq. rescripsit, quod iterū Petrū constitueret, quęrendo ab illo. Num habitum Capuccinorū in spretū d. Religionis portauerit, et an sacramentr annuatim confessus sit, et Euch. sumpserit. Andreā uerò interroget: An credat, Turcarū fidem meliorem esse fide Catholicorum, et an simitr annuatim confessus sit, et Euch. sumpserit iuxta preceptum S. Ecclię. Quę cum facta fuissent, inuenti sunt boni Christiani. 9. Julij 1592.

222. Joseph Molsi: Lazarus Cangus.
Joannina Pirlina: Daniel Jori } è Villa Fagane
Petrus è Villa Pagnà, siue Pagnaco: omnes Aq. Diecesis: denunciants, in Vigilia S. Bartholomei Aplī pastillos ouis, et lacticinijs confectos in Caupona supradē. Joanninę cū magno scandalo comedisse. Habitis testium dictis, ipsimet uoluntariè corā S. Officio se sistunt, errata confitents ueniam humilr petunt, et nunquam similia se commissuros promittunt. Jubents. in proxima Dom.ca antè fores Ecclię Parochialis Faganeę flexis genibus stare cum candela ponderis medię librę in manibus accensa dum Missa celebratr., qua peracta, uocati à Sacerdote ad Altarē accedant, candelas Altari offerant, quo facto, Sacerdos ipse manifestet causam talis penit. populo adstanti, eumq. moneat, ut ab his, et similibus transgressionibus caueat: ipsi uerò sic penitentiati prefatę peractę penit. testimoniū autenticum S. Off. deferant. Quoniam autem Joannina, Lazarus, et Joseph grauiùs in hoc facto peccauerunt, pastillos nimirū conficiendo, edendo, aliysq. dando ad edendum, propterea qualibet feria sexta duorū mensium ieiunarè, flexisq. genibus B. M. V. coronā recitarē, iubentur. Daniel uerò, et Petrus, qui inudenter tantum dictorū ciborum parum gustauerunt, duobus diebus Veneris ieiunarē, et B. M. V. coronā semel recitarē iubentur. Omnes uerò in festo oium sanctorū, premissa suorū peccatorū confess., Euch. sumant in supradē. Ecclia. Lata fuit hęc sent. die 29. 7bris 1592. Vide in 13. lib. pag. 85. 27. Aug.

223. Andreas Burellus è Villa Battalea Aq. Dioc. denunciatr. asseruisse, et dixisse, se credere, alias fideliū, quę ex hoc mundo absque reatu culpę, uel penę decedunt, paruulos item post Baptismum, uel antè usum rationis pariter decedentes, nullatenus in Paradisum introirè, imò primū hoiem, qui mortuus est, nondū in Cęlum ascendisse, sed oēs diem ultis Judicij expectare: Plures etiam hereticales euomissē blasphemias. Quibus p testes, et ex ipsiusmet confess.ey probatis: Abiurat de leui; deinde iubetr. in proxima Nat. Dni confiteri, et Euch. sumerè, et fidem autenticam S. Off. deferrè. 2.o per duos annos in Pascatē, Pent., et Nat. Dnī confiteri, et Euch. sumere. 3.o per septem 30. d.ri

hebdo-

hebdomadas qualibet feria sexta ieiunare pane et aqua contentus flexisq. genibus in Ecclesia psal. penit. recitare. 4°. per annum qualibet die sabbati flexis genibus B.M.V. coronam recitare. 5°. semel Ecclesiam B.M.V. de Monte peregrinando visitare quindecim dierum spatio. Duorum tandem mensium curriculo Monasterio Monialium S. Bernardini Utini quinquaginta libras solvere. Lata fuit haec sent. die 9. Xbris 1592. prout in lib. 3. pag. 95

224. Angela Uxor Matthiae Grassetti Utinensis defertur dixisse, minime opus esse ad Vesperas se conferre: Missam non esse verum Sacrificium, Deumq. cum sit unus, non posse simul esse in pluribus locis, aut sub pluribus Hostijs. Habitis testium dictis, ipsaq. constituta, constanter opposita sibi negat, et se defendit. Cumq. contra ipsammet nihil inveniatur legitime probatum, ab omni haeresis suspitione immunis declaratur, ac dimittitur sub die 22. feb. 1593. prout in lib. 3. pag. 99. 23. 8bris 1592

225 Mulier quaedam, cui nomen Fior Uxor Hippoliti Rodulphi Civitatensis uti sortilega, et malefica denunciatur. Habitis plurium foeminarum dictis, decernitur ulterius non esse procedendum, sed suspendendum donec aliquid certius habeatur. 5°. 9bris

226. Apollonia filia Andreae Gragnir sutoris e Villa S. Petri prope Goritiam defertur, in diebus Veneris, et sabbati vetitos cibos (boldone, o sanguinaccio, e luganega) comedisse, aliasq. mulieres ad edendum de cibis eisdem invitasse asserens, id non esse peccatum. Auditis testibus, ipsaq. constituta, suum fatetur errorem, et veniam petit. Cogitur ergo abiurare de levi in Ecclesia Hospitalis Utini, ubi erat Nutrix filiorum expositorum (siquidem ipsamet prima die, qua ibi recepta fuerat ex caritate, nocte adveniente peperit filium) deinde iubetur. Primo, quod in eadem hebdomada post ipsius abiurationem, confiteatur, et Euch. sumat. 2° quod per biennium confiteatur, et Euch. sumat in Nat., et Resur. Dni, in Pent. et in Assumpt. B.M.V., ieiunetq. eodem biennio omni feria sexta. 3° quod continuis temporibus, ipsius vita durante, B.M.V. coronam pariter omni feria sexta recitet. Lata fuit haec sent. die 27. feb. 1593. Vide in lib. 3. pag. 103. 20. Feb. 1593.

227. Henricus de Valentinis Utinensis denunciatur, ammovisse Edictum S. Officij, quod valvis Ecclesiae Parochialis Montisfalconi affixum erat. Examinantur testes: interim Reus ipse sponte coram P. Inq.re se sistit, suum fatetur errorem, et veniam humiliter petit. Absolvitur ab eo, et additis salut. poenit. dimittitur. 23 Aplis

228. Nicolaus Pellizzarius e Villa Villae in Carnea denunciatur uti haeresi Lutherani infectus. Testes 6. Maij probant contra illum, qui constitutus, se excusando, errata confitetur. Tanquam ergo de haeresi vehementer suspectus, cogitur publice abiurare inter Missarum solemnia in Ecclesia Parochiali Invelini in die festo. Deinde pro poenit. salut. iubetur: Primo, confiteri in proxima Nat. Dni, et Euch. sumere e manibus R. Parochi suprad. Ecclesiae. 2°. per annos sex pariter confiteri, et Euch. sumere in Paschate, in Pent. in Festo omnium Sanctorum, et in Nat. Dni, horumq. testimonium authenticum S. Off. deferre. 3° per triennium simile, praeter omnes dies festivos ex praecepto, ter etiam in hebdomada scil. in die lunae, Mercurij, et Veneris audire Missam (nisi legitime fuerit impeditus) in suprad.a Ecclesia (si praed.tis diebus in ea Missa celebrabitur) sin minus in alia Ecclesia eidem subiecta. 4°. per triennium quoque singulis diebus Veneris, flexis genibus ante Imaginem D.N.J. Xpi (quam in domo sua habere teneatur) B.M.V. Coronam recitare: in diebus vero sabbati ante Imaginem B.M.V., (quam in sua domo habere teneatur) flexis genibus eiusdem pariter Coronam recitare iubetur. In omnibus autem diebus festivis, visitando Ecclesiam eandem Coronam B.M.V. ante Altare maius per triennium illud, flexis genibus, similiter recitet. Tandem infra terminum duorum mensium ad arbitrium R. Plebani solvere debeat sexaginta libras pro dictae Ecclesiae ornatu, quia scil. voluisset (quantum fuit ex se) ut diabolus eam portasset; huiusq. solutionis fidem authenticam S. Off. deferat. Lata fuit suprascripta sent. die 16. Decemb. 1594. prout in lib. 3. pag. 131.

Bapta

Bapta suprad.ª Nicolai frater eadem die denunciatr. uti de hæresi suspectus: Quod scil. dixerit, se in Deum tantum credere, eumq. solum adorare, non item sanctos, quippe qui pro nobis orare seu intercedere apud Deum (ait) minime possunt: Quod Deus parcere aut offensas nequaquam potest illi, qui proximum suum offendit, nisi prius ipse offensus pepercerit, et acceptam offensam dimiserit; propter quod ipsemet nolebat parcere fratri suo, a quo se fuisse offensum dicebat, ne scil. Deus parceret illi. Quod diebus festis sanctorum opera seruilia facere inquiens, in quadam Epistola unius Dominici habere, quod Deus mandauit solum diem Dnicum obseruari, et sanctificari, non uero alios quoscunque dies: Quod neq. summus Pontifex præcipere potest, ut, præter diem Dnicum, aliæ festiuitates sanctificentur. Quod raro Missam audiat, et per plures menses in partibus Germaniæ tpe Quad; et diebus sabbati carnes comederit. Confecto processu, habitisq. ipsius constitutis, in quibus aliqua negat, aliqua confitetr et aliqua excusat: uti de hæresi uehementer suspectus damnatr. ad abiurandum publice in suprad.ª Ecclia. Pro penitentijs uero salutiferis eidem iubetr. Primo, ut in prox.ª Nat. Dni confiteatr., et Euch. sumat de manibus Parochi in dª Ecclia. 2º. quod per tres annos confiteatr., et Euch. sumat in Paschate, in Pent., in Assumpt. B.M.V., et in Nat. Dni, fidem authenticam deferens S. Officio. 3º. quod per duos annos qualibet feria secunda, quarta, et sexta (præter festiuos dies de præcepto) Missam audiat in eadem Ecclia, dummodo in illa dictis diebus celebretr Missa, et ipse non sit legitime impeditus, sin minus, in alia Ecclia dictæ Eccliæ subiecta. 4º. quod in oibus diebus Veneris, et Sabbati unius anni, flexis genibus, B.M.V. coronam recitet ante Imaginem Dni Nri Jesu Xpi, quam simil in domo sua habere debeat; in diebus uero festiuis in Ecclia. 5º. quod infra mensem soluat uigintiquinque libras pro ornatu suprad.ª Eccliæ, deferendo fidem talis solutionis. Lata fuit hæc sent. die 18. Xbris 1594., ut in eodem lib. 3. pag. 137.

229. Presb. Jo. Bapta Candosinus ProVicarius in Castro Purlilarum (Portia) Dioc. Conc. defertur habere apud se libros prohibitos, et sortilegia fecisse ad amorem. Denuncians, et testes deponunt de auditu cuiusdam Hieronimi Digoni de Brugnana qui uocatus, et constitutus ait, falsa esse oia, quæ dº. Presbitº. opponuntr in denunciate, subditq. se talia dixisse aduersus eundem inimicitiæ gratia, quia scil. cum ipsemet Hieronimus esset Cancell.s in suprad.º Castro, dictus Presb.r male locutus fuerat de eo apud Illmum Comitem eiusdem Castri. 20. Maij 1593.

230. Leonardus Manzoccus (de quo supra n. 209.) è Villa Nimis Aq. Dioc., nec non Antonius, Hieronimus, et Laurentius ipsius fratres lacticinia comedisse deferuntr. in Quad; et alijs quoque diebus exceptis extra Quadragesimam: suis etiam Operarijs lacticinia simil apposuisse ad comedendum eodem tpe, ex quibus tamen duo tantum comederunt lacticinia. Leonardus item accusatr. asseruisse, non esse peccatum falsum iurare, et penitentias sibi ab hoc S.to Off. impositas sub die 23 Januarij 1592. ex parte non fecisse. Laurentius uero dixisse defertr., Peccatum esse eleemosinas erogare, ut celebrentr. Missæ pro defunctis, maioris autem esse meriti talem eleemosinam pauperibus distribuere. Auditis testibus, ipsi pariter constituuntr, habitisq. eorum confessionibus et excusationibus.

Leonardus damnatr; inter Missarum solemnia Eccliæ suæ Villæ publice abiurare de leui. Deinde pro penit. salut. eidem imponitur: Primo, ut in Dnica prox.ª Quad. confiteatur, et Euch. sumat. 2º. quod per tres annos quinquies in quolibet anno scil. in Paschate, Pent., in Assumpt. B.M.V., in festo oium Sanctorum, et in Nat. Dni, præmissa peccatorum suorum confess.e Euch. sumat, fidem simul deferens S. Officio. 3º. quod per annum semel in quolibet mense in die Veneris ieiunet pane, et aqua contentus, ijsdemq. diebus pauperem unum alat ex suis substantijs. 4º. quod in quolibet sabbato unius anni in Ecclia ante sanctissimum Euch. sacramentum, flexis genibus, B.M.V. coronam deuote recitet. 5º. quod infra duos menses centum libras solidorum pro eleemosina soluat Monasterio Monialium S. Bernardini Utini, fidem exhibens dictæ solutionis S. Officio.

Antonius autem, quia lacticinia quadragesimali tpore, et alijs etiam diebus exceptis comedit, iubetr. in secreto abiurare de leui: deinde penitentiatur. Primo, ut in prima Dnica

prox.ª

proxime Quad.e confiteatur et Euch. sumat. 2.o quod per annum in Paschati, Pent. Assumpt. B. M. V. et Nat. Dni, premissa peccatorum suorum confess.e Euch. sumat, fidem autenticam deferens S. Officio. 3.o quod per annum semel in mense, hoc est in die Veneris ieiunet, pane, et aqua contentus, ijsdemque diebus missam audiat, ac flexis genibus B. M. V. coronam devote recitet. 4.o quod in termino quindecim dierum semel à domo sua peregrinando ad Ecclesiam B. M. V. Gratiarum Vtini se conferat, ibique eiusdem Virg. gloriose coronam recitet, missam audiat, candelam albam duarum librarum offerens, fidemque.

Laurentius uerò, et Hieronimus, qui uti filijfamilia lacticinia quidem comederunt, at huic S. Off. minimè denunciati fuerant, attenta eorum simplicitate, unà cum Leonardo, et Ant.o, in p.a Dnica prox.e Quad. confiteantur, et Euch. sumant; quod et facere iubentur in Paschate, et in Pentecoste. Per duos uero menses, quolibet die Veneris ieiunare, missam audire, et B. M. V. coronam recitare, pariter iubentur. Late fuerunt huiusmodi sent.e die 8. feb. 1594. Vide eorum abiurationem in lib. 3. pag. 109. De suprad.s Leonardo, et Ant.o fratribus Manzocchi iterum infra n. 288.

231. Hercules Crescendulus. Titinius Pedana à Portu Naone
Octauius Asteus à Portu Naone, et Hieron. Altanus de Venetijs.
denunciantur, qualiter in quadam nocte mensis Augusti uagantes per terram Portus Naonis 26. Aug. 1593
et precipuè prope Ecclesiam S. Fran.ci, multa uerba sacra, tùm ex psalmis, tùm ex sacris Missis, tùm ex ijs, quibus in diuinis Officijs quotidie utuntur sacerdotes, tùm etiam ex litanijs desumpta, spreto Dei timore, cum risu, et clamore prolata, simul uerba profana, et inhonesta intermiscendo cum maximo audientium scandalo, canere non erubuerunt. Consideratis testium depositionibus, uoluntaria denunciatorum presentat.e, ac spontanea delicti confess.e, humilique uenie petition.e: attenta etiam eorum iuuenili etate, eorumque in reliquis acte uite probitate. Viso, quod prefata diuina, et sacra uerba ex leuitate, imprudentia, et immatura consideration.e, non autem in spretum, derisum, aut contemptum Dei, s. Ecclesie, uel diuinorum Officiorum cecinerunt, nullam heresis suspitionem incurrisse declarantur. Verùm ad tollendum scandalum penitentiantur. Primo, ut in quolibet die Veneris mensis prox.e futuri ieiunent, pane, et aqua contenti, flexisque genibus in Ecclesia psal. penit. cum litanijs, et orationibus sequentibus recitent: in diebus uerò sabbati eiusdem mensis, flexis genibus, ubi supra Coronam B. M. V. recitent. 2.o quod in festo oium Sanctorum prox.e futuro confiteantur, et Euch. sumant. 3.o quod quilibet eorum candelam quattuor librararum ex cera alba infra dies octo Ecclesie S. Marci Portus Naonis offerant, que quidem candele oes simul in Altari maiori d.e Ecclesie accendantur dum Hore canonice recitantur, et Misse celebrantur, sicque fiat quotidie quousque consumpte fuerint cuius oblationis fidem autenticam mittant S. Officio. 4.o quod in termino dierum quindecim quilibet eorum pro fabrica Ecclesie S. Georgij que in Burgo prefate terre Portus Naonis construitur, soluere debeant libras triginta paruulorum; et huius solutionis fidem mittant S. Officio. Lata fuit hec sent.a die 25. 7bris 1593. ex lib. 2. pag. 66.

232. fr. Bonauentura à S. Felice Ord. Min. Con. de Sacecesimo Aq. Dioc., fama deferente inuenitur, habitum religionis dimisisse, cum sacro Diaconatus Ord.e esset insignitus, et ad bellum contra Turcas in Regno Cypri transijsse, ubi captus à Turcis, postea à iugo dure illius seruitutis liberatus, reassumpto S. Religionis habitu, ad sedem Aplicam pro absolut.e ab exc.e, et Apostasia profectus est. Factus sacerdos, iterum Religionis habitum dimisit, armisque indutus, diuersis in locis per decem et octo annos Gramatice artem edocuit, officia Militum, et Notariorum exercuit; et addendo peccata peccatis, nocturno tpore insidiose aliquos huius Conuentus S. Fran.sci interioris fratres occidere attentauit. Matrimonium publicè cum quadam meretrice, cui nomen Lucia, contraxit in partibus Istrie, propter quod scelus, eum P. Inq. Istrie uellet eum in carcerem conijcere, arripuit fugam. Deus autem sua imperscrutabili prouidentia disposuit, ut ad carceres alia ex causa Clariss.mi D. Locumt. Patrie Fori Julij duceretur, ubi nomin.e huius S. Off. custoditus, et super premissis pluries constitutus, quedam quidem

confes-

confessus fuit, quędam uerò leuiter excusauit: matrimonium uerò se contraxisse cum Lucia pred.ta semper audacter negauit, quod tandem per quandam scripturam confessus est, cum P. Inq.r ad ipsius causę expeditionem deuenire intentus esset. Damnatus ergo ad abiurandum de uehementi in domibus Patriarcalibus. Per triennium damnatus ad triremes quo tempore singulis diebus iubetur quinquies Orationem Dnicam, totidemq; Angelicam salutationem recitare. Quo expleto tempore, ad Religionem redire, habitumq; resumere, pariter iubetur. Quod si ad seruiendum in triremibus minimè aptus fuerit, damnatus ad arctum carcerem in Religione sibi à S. Off. assignandum extra Patriam Fori Julij (à qua quidem, et singulis eius eius partibus, monasterijs, Ecclesijs, Capellis, et Oratorijs perpetuis temporibus banitur) ubi per quinquennium qualibet feria quarta, et sexta flexis genibus psal. penit. cum Litanijs, et precibus sequentibus recitare iubetur, et ieiunare solo pane, et aqua contentus pariter in eisdem ferijs iubetur. In quolibet uerò mense, semel premissa peccatorum suorum confess.e Euch. sumere precipitur. Tandem perpetuis temporibus deponitur ab Officio, suspenditur à celebrat.e missarum, et alijs Diuinis: priuatur uoce actiua, et passiua, et quibuscunque habilitatibus, et inhabilis declaratur ad oẽs, et quascunque dignitates, et officia. Lata fuit prefata sent. die 4. Feb. 1594. prout in lib. 3. pag. 205.

233. Lucia Uxor Joannis della Picca Venzonę deferetur, in Vigilia SS. Aplorum Simonis et Judę carnes parauisse, ac dedisse comedendas Bernardo dicto Baron, et Ant.o eius filio è Villa Godia, degentibus in Laicatu Aq. Dioc. de qua carne etiam ipse Joannes comedit. Constituuntur, et ex eorum responsis elicitur, ex ignorantia potius, quàm ex malitia id fecisse nescientes (prout dixerunt) esse uigiliam sub precepto. Itaque penitentiandos esse decernitur: ut scil. in proxa Nat. Dni confiteantur, et Euch. sumant, deinde per mensem omni feria sexta ieiunare iubentur, B.M.V. coronam recitare, et missam pariter audire iubentur. 30. 9bris 1593.

234 Dominicus Crazzoli, et Beltrandus Braida è Villa Manzani Aq. Dioc. denunciantur in die Veneris comedisse carnes sibi in mensa appositas ab Elisabetha Uxore Dominici Pittoli eiusdem Villę. Visis testium deposit.bus, ipsi pariter constituuntur, et ex eorum responsis colligitur, non in contemptum S. Ecclię, sed ignoranter peccasse nescientes, diem illum esse diem Veneris, imo putantes esse diem Lunę, scil. propter festum S. Martini, quod diem illum precessit, unde putauerunt esse diem Dnicum. Ad tollendum tamen scandalum de populo propter carnis comestionem penitentiantur Dominicus, Beltrandus, et Elisabetha; ut scil. in Dom.ca prox.a, premissa sacramenli Confess.e in Ecclia Parochiali suprad.e Villę, oẽs simul Euch. sumant. Quod insuper Dnicus, et Beltrandus nudis pedibus è domo Reu. Plebani cum ad Ecclesiam missam celebraturus accedet, unà cum illo ipsi pariter ad Eccliam pergant, candelam albam unius librę in manibus tenentes, et ante Altare sic nudis pedibus, flexis genibus, accensis candelis missam audiant: post cuius Offertorium, Plebanus dicat populo causam, ob quam illam penitentiam agant, et quod ignoranter carnes comederunt, sumptoq; in fine missę SS. Euch. sacram.to, candelas Altari offerant, quę accendantur quotidie dum missa celebratur. 29. Xbris

Elisabeth autem pedibus calceatis eodem die simul cum simili candela accedat ad Ecceliam, et cum ijsdem flexis genibus ante Altare audiat Missam, offerat candelam, et Euch. sumat. Qualibet insuper feria sexta unius mensis ieiunent, missam audiant, et B.M.V. coronam recitent, Elisabeth uerò ulterius, in dibus ieiuniorum reficere unum pauperem. Lata fuit prefata sent. die 18. Maij 1594. prout in lib. 3. pag. 117

235. Leonardus Capellarius è Villa Verzegnis in Carna Aq. Dioc. sanus, et Juuenis, ętatis 24. annorum petit licentiam comedendi lacticinia in Quad.ma à R. Archidiacono Carnee, cui neganti, se talem facultatem concedere posse absque sui Plebani preuia attestatione de legitima causa dictę dispensationis. Respondit audacter dicens: Jo uoleuo mangiar laticini sino à mezza Quares.a; ma adesso, che non uolete darmi licenza di mangiarne, uoglio mangiarne 7. martij 1594

giarne sino à Pasqua. Quę quidem uerba cum in contemptu S. Ecclię uideantur esse prolata: auditis testibus, ipse quoque constituts, et simulans, se tunc tporis ebrium fuisse, nihil penitus, ait, recordari; itaque mittits in carcerem deinde constituts, et suu errore fatets; humiliterq; ueniā petit. Quarè ad tollendum scandaliū ab ipso illatum: pęnitentiatur, primò, quod in termino tridui se conferat ad Reu. Archidiaconu, et ab eo corā duobus testibus ueniā petat de scandalo dato in prolationē suprad. uerborum, et fidem huius peractę obed. S. Off. exhibeat. 2°. confiteats. ante Dnicam Palmarum, et in hebdomada maiori, seu immed. sequenti, in diebus lunę, mercurij, et Veneris ieiunet, pane, et aqua contus, quibus diebus missam audiat, et flexis genibus B. M. V. coronā recitet. Tandem quarto die post festa Pascalia, nempe in sabbato, flexis genibus ante Altarē SS. sacram. uigeties orōnem Dnicam, totidemq; salutationem Angelicā recitet in Ecclia suprad. Villę Verzegnis. Lata fuit hęc sent. die 30. Martij 1594. Vide in lib. 13. pag. 115.

236. Fabius Borreatus è Villa Fraelaeo Aq. Dioc. deferts., occasione quadā, qua arguebatur de peccato fornicat., siue potius concubinatus propter susceptam filiam ex meretricio, respondisse, sepèq; asseruisse, fornicationē non esse peccatu laicis, sed tantùm Religiosis propter emissu uotu castitatis. Cumq; monitus esset à pijs uiris de hac sua praua, et heretica opinionē, noluit resecipiscerē, sed in sua damnata assertione persistendo, affirmarē non erubuit, in quibusdam libris se legisse, fornicationem laicis non esse peccatum. Pluribus etiā annis sacram.les confess., et cōionem ommisisse deferts., et rarò missam audirē. Habitis testiu dictis, citatur. Constutus, ueritatem recenuit confiteri inquiens, se nunquā talia uerba dixisse, imò semper credidisse, fornicationē esse culpā mortalem; propter quod mittits. in carcerem, iterumq. constitutus, fatets., se illa uerba dixisse, non seriò, sed iocosè, semper enim credidisse, fornicationē esse peccaum mortale. Damats. itaque ad abiurandū de uehementi in S. Off.; et pro salut. pęnit. eidem imponits. Primò, ut p triennium, pręmissa peccatoru suoru confess. coram prop. Parocho, ab eodem SS. Euch. sacram. sumat ter in anno, uidt in Paschatē, in Pent. et in Nat. Dni, testimoniu huius obedientię S. Off. deferendo. 2°. quod in qualibet feria sexta dictoru triu annoru septem psal. pęnit. recitet, et singulis diebus, quibus in d°. loco Fraelaei celebrabits. Missa {nisi egritudo impeditus fuerit} sacris interesse debeat. 3°. statim è domo sua Luciā concubinā, et filiam ab ea susceptā expellat, nec unquā illā ad domu suā accederē permittat, nec ipse pariter ad illius domu audeat accedere, neq; familiaritatem cu ipsa haberē presumat sub pęna banni à tota Dioc. Aquil. et ducatoru ducentu S. Off. applicandorum; quę pęnę nunc pro tunc in ipsu feruntur. 4°. cum propter illius corporales infirmitates, quas patits. ieiunijs, peregrinat.bus, et huōi cporalibus pęnalitatibus subijci nequeat, soluerē teneats. ducatos 25 in termino unius mensis Depositario huius S. Officij pro expensis faciendis in eodem S. Officio. Lata fuit hęc sent. die 30. Maij 1595., et habetur in lib. 6. pag. 141. 27. Martij 1594

237 Daniel Rinaldi rusticus è Villa Sedeliani Aquil. Dioc. plures propōnes protulisse deferts. contra liberu arbitrium. Habitis testiu dictis, ipse bis constuits., negatq constanter, se unquā oppositas sibi propōnes protulisse; factisq; defensionibus, pro nunc dimittitur. 4. Aplis

238. Matthias Teutonicus denunciats uti hęresi Lutherana infectus. Audits. unicus testis, è cuius deposit. nihil probats contra d. Matthiam, quia sibi ignotus, nec alij sunt testes noīati in denunciat.; ideoq; ad ulteriora non proceditur. 8. d.

239 Joseph Aloysij filius Goritiensis spontè se accusat, falsis suasionibus ab Auunculo suo Lutherano fuisse deceptu, eiusq; uiuendi modum {inuoluntariè} trium annoru spatio fuisse secutum. Veniā erratoru humilr petit, et S. Matri Ecclię reconciliari. Abiurat, et absoluts in forma consueta, additisq; salut. pęnit. dimittitur. 10. d.

240. Angelus Glorici è Villa Monaio Canalis Gorti Carneę Aq. Dioc., et Jo. Leonardus de eadem defe- 22. d.

deferunt. asseruisse, Summum Pontificem non habere maiorem auctoritatem cæteris hominibus,
ideoq; absoluere minimè posse à peccatis: Non esse peccatum carnes comedere diebus uetitis ab Eccl.
easq; etiam comedisse dicentes. Quod intrat per os non coinquinat hominem: Lutheranos meliores esse
Catholicis, et ideo magis etiam à Deo ditari. Habitis testium dictis, citantur et constituuntur. Fatentur
ergo, aliquando in ecclesijs Lutheranorum orasse: carnes comedisse diebus exceptis ab Ecclia Romana,
sed cum aliquam dubitationem, an esset peccatum. Postquam uerò moniti fuerunt à suis Confessarijs
peccatum esse comedere carnes diebus ab eadem Ecclia exceptis, nunquam se comedisse carnem di-
xerunt, talibus diebus. Penitentiantur itaque p°. Quod per triennium ter in anno, scil. in Paschate
Pent. et Nat. Dni confiteantur, et Euch. sumant, ac fidem talis penit. S. Off. deferant. 2°. per an-
num integrum, bis in mense ieiunent, scil. feria 4., et 6., eisdemq; diebus, flexis genibus, co-
ronam B. M. V. recitent. 3°. quod per mensem proximum, preter dies festiuos, etiam feria 4. 6. et
sabbato ad Ecclam suæ Villæ se conferant, ibiq; Missam audiant, et B. M. V. coronam recitent. 4°. quod
teneantur iurare de parendo mandatis S. Matris Ecclię. Lata fuit hæc sent. die 16. 7bris
1597. ut est uidere in calce processus.

241. Arneus q. Petri de Brida de Grimacco Contratę Sclabonię Aq. Dioc. defertur, recepisse in domo sua 30. Aplis
Vsbettam Cicolini è Villa Crauero, de qua supra n°. 218. per S. Off. uti contumacem, et inobe- 1594.
dientem excoicatam, et bannitam à d°. Contrata, et à tota Aq. Diœcesi, quod item in die Vene-
ris sancti proximè preteriti, occiso agno ante ortum solis, omnes suę habitationis portas
sanguine eiusdem agni signo Crucis obsignauerit, uel ab alijs suę familię signari permi-
serit, superstitiosè credens, serpentes domum suam ingredi minimè posse. Auditis tes-
tibus, ipse quoque Aneus, eiusq; frater Stephanus, et Lenizza ipsius Vxor interrogan-
tur: et ex eorum dictis colligitur, Arneum recepisse in domum suam pred.tam Vsbettam eius opera duobus die-
bus usum fuisse, ciboq; eidem dedisse ad edendum: Stephanum uerò eius fratrem, suasionibus Le-
nizzę ipsiusmet Vxoris, agnum occidisse in die Veneris Sancti ante ortum solis, ut eius sangui-
ne d. agni oes portas suę domus inungeret, ne serpentes eorum domui appropinquarent,
quę quidem inunctio facta fuit per ipsammet Lenizzam, quemadm. et ipsa confessa est in
suo constituto. Penitentijs itaque salutaribus eorum compensantur errata: Quod scil. in prox.a so-
lemnit. Pent. confiteantur, et Euch. sumant in suprad.a Ecclia Contratę Sclabonię: Quod in die
Ascensionis quisque eorum candelam selibrę accensam in manibus habeant accensam,
(quas et proprijs pecunijs sibi parent) flexis genibus ante Altare eiusdem Ecclię Missam
audiant, post cuius Offertorium per sacerdotem Missam celebrantem manifestetur populo
causa prefatę penitentię, oesq. moneat, ut mandatis S. Ecclię obediant, et caueant à
superstitionibus; et in fine Missę candelas Altari offerant, ut ibi ardeant dum sacra
celebrantur. Denique Arneus in termino dierum octo depositare debeat 25. Libras solidorum
in sacro Monte pietatis pro Ecclia S. Leonardi eiusdem Contratę sub pęna banni duorum annorum
à tota Aq. Diœcesi. Lata fuit hęc sent. die 14. Maij 1594. et habetur. in Lib. 1. pag. 119.

242. Vrsa, siue Vrsula Vxor Manzini, aliàs Anzili del Pin del Pufaro defertur, multas fascinatio- 9. Maij.
nes fecisse. Quatuor testibus opposita comprobantibus auditis, nihil aliud apparet.

243. Presb. Daniel Florida Plebanus Villę Sucleuij (Soccheue) in Carnea denuntiatur, quod ad sa- 10. Xbris
nandas infirmitates, et ad tollendas fascinationes quibusdam breuibus, et schedulis utatur,
super quibus Missam celebrat, deinde ad collum deferri iubet ipsis infirmis. Auditis testi-
bus, ipsoq; constituto, negationibus, et excusationibus adhibitis ad se tuendum ab oppositis; tandem
se errasse fatetur, et ueniam petit. Decernitur ergo, eidem salut. penit.as esse iniungendas, pre-
terea aliud non apparet.

244 Joannes Suancer è Villa Ruuignacco Aq. Dioc. defertur uno, eodemq. die unicam suam filiam, cui
nomen Jacoba, ter sacramento Chrismatis confirmare fecisse. Auditis mulieribus, quę d.tam Jacobam
ad sacram.tum Confirmationis tenuerunt, Joannes quoque Pater ipsius constituitur, et se excusans, ait,
die illo ebrietate fuisse detentum, et ignoranter fecisse, nec aliquando sciuisse, peccatum
esse

esse Sacramentum Confirmat.^is iterari. Decernitur itaque, in hoc facto nullam heresim, aut suspitionem hereseis interfuisse (attenta d. Joannis rusticitate ignorantia, et ebrietate, qua die illa detinebatur) tamen ad tollendum obortum scandalum, penitentiantur ambo: ut scil. d. Joannes in Ecclia Collegiata Ciuit. Fori July in prox.a futura Dnica dum celebratur Missa maior, nudis pedibus, capite detecto, absque pallio cum candela accensa, flexis genibus, unà cum ipsius filia Jacoba (que similiter habeat candelam accensam in manibus) in porta principali d. Ecclie stare debeant: quo item modo stare debeant in alia subsequenti Dnica in porta Ecclie Parochialis Ruuignaci dum celebratur Missa, qua completa offerant candelas illas sacro Altari. Lata fuit hec sent. die 20. May 1594. Vide in Libro 3 sententiarum in Reos Huius S. Off. pag. 121.

245. Jacobus Cisterninus Doctor è Spilimbergo Conc. Dioecesis.
Jacobus Clapiz Vtinens. ibidem Medicus Physicus.
Jo. Dnicus Cancianinus ibidem Ludimagister, et ibidem oriundus.
Jo: Bapta Cacciafoco.
Gasparus Balzari } è Spilimbergo.
Andreas Balzari
denunciantur uti suspecti in fide. Auditis testibus; Decernitur contra Jacobum Cisterninum et Jacobum Clapiz morte preuentos esse suspendendum: pariter et contra Gasparum pro nunc suspendendum. Contra Jo: Baptam Cacciafoco, et Andream Balzarum non esse procedendum: Citatus autem Jo: Dnicus Cancianinus, et constitutus deprehenditur, ex ignauia, et incuria non paruisse Edicto S. Off. deferendo libros prohibitos, quos domi habebat, eidem S. Officio; et insuper sermones habuisse de rebus Fidei, hoc est de Prouid. diuina, de Jeiunio Ecclico, de auctoritate summi Pontificis quo ad claues ligandi atq. soluendi cum suprad. Jacobo Clapiz Medico (nesciens id uetitum esse laicis) ab utraque igitur Exc.e absolutus, et additis eidem salut. penit., dimittitur. 22. July 1594

246 Minius (seu Flaminius) è Villa Dilignidis in Carnea Canalis Subelauij textor, incola Quaderni Aq. Dioc. caseum comedisse defertur. sibi à Lucia de Villa Vtin appositum in Vigil. S. Jacobi Apli. Constituuntur peccatum adminus fatentur., et penitentiantur: Primò, quod in prox.a Dnica d. Minius nudis pedibus (Lucia uerò calceatis pedibus) dum Missa celebratur in Ecclia Quaderni, flexis genibus ante Altare maius stent, candelam in manibus habentes accensam unius Libre usque ad finem misse, qua completa, candelam Altari offerant. Deinde per R. Curatum publicetur populo causa eorum penit.e ipsiq. ueniam petant à populo de scandalo dato. 2.o quod in eadem die, premissa peccatorum suorum confess.e Euch. sumant. 3.o quod d. Minius in festiuitatibus Assumpt.is et Nat. B. M. V. proximè futuris nudis pedibus peregrinetur à d.a Villa Quaderni, ueniatq. Vtinum, et uisitet Ecclia B. M. V. Gratiarum, ubi et flexis genibus Missam audiat, et statim diebus prefatis se sistat coram Pre Inq.re ut constet, quod penitentiam egerit. 4.o quod per mensem qualibet feria sexta ad Ecclia se conferat, et ante Altare SS.mi Sacram.ti flexis genibus B. M.e V. coronam recitet. Vide sent. in ipsomet processu. 29 d.o

247. Alexander Montenicus, et Bapta Pistoccelia Vtinen., carnes comedisse deferuntur in Quad.ma, et ipsi Alexandro factum mirabile accidisse subinfert Denuncians. quod nimirum cum die quadam carnem igni aptatam haberet, bufonem non semel saltantem uidit supra dictam carnem quod et plures eius amici conspexerunt; propter quod factum carnem illam pro amore Dei uni pauperi dedit, neq. amplius carnem comedit temporibus ab Ecclia exceptis. Audito unico teste qui et plures testes nominat, decernitur, testes nominatos esse citandos, et examinandos, deinde siletur. 17. Aug.

248 Constantinus Venerius Vtinen. pulsator Organorum in Ecclia maiori Terre S. Danielis Aq. Dioc. defertur uti suspectus in Fide, eo quod pertranseundo ante Altare, ubi reconditum est Corpus Dni p.o 8bris
signa

signa debitæ reuerentiæ non ostendat, imo caput non detegat cum magno scandalo eorum, qui huiusmodi indeuotionis, et irreuerentiæ signa uiderunt: quod rarò Missam audiat, orationes nullas recitet, quodque de Sacerdotibus, et eorum ministerijs, præcipuè uerò de eorum cantu, ac sermonibus ad populum delusoriè persæpè locutus sit. Ex dictis itaque testium, ipsiusque confessione, non solum sibi obiecta perpetrasse inuenitur, sed cum sit ætatis 15. annorum à Religiosis Viris educatus {præcipuè uerò à quodam fr. Vincentio Crassi (seu Grassi) ipsius Auunculo Ord. Min. Con., qui uti hæreticus pœnitens publicè abiurauit, et de quo supra n.° 23.} et inter Religiosos conuersatus, deprehenditur, Symbolum Apostolorum omnino ignorare, Orationem Dominicam, et Angelicam salutationem ualdè imperfectè, et diminutè {ex eorum ab ipsomet facta recitatione} memoriæ retinere. Quapropter de leui coram P. Inq.re abiurare iubetur. Deinde pœnitentiatur. Primò, quod in die Dominica, quæ erit 16. Octobris currentis in Ecclesia S. Michaelis Terræ S. Danielis, præmissa peccatorum confessione coram Reu. SubPlebano, dum cantatur Missa, flexis genibus, capite aperto, cum corona ad manus stet ante Altare SS. sacramenti, deque manu Sacerdotis Missam celebrantis SS. Euch. sumat, ac de huiusmodi obedientia testimonium authenticum deferat S. Officio. 2.° quod Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Symbolum Apostolorum, decem legis præcepta, et antiphonam Salue Regina toties coram R. SubPlebano recitet, ac saltem semel in hebdomada, quousque dictus SubPlebanus ea edidicisse certum faciat S. Officium. 3.° quod per annum quotidie {legitimo excepto impedimento} audiat Missam, et in Quadrag. audiat Conciones. 4.° per biennium in Pascate, Pent., Assumpt. B.M.V. et Nat. Domini confiteatur, et Euch. sumat, authent. testim.m S. Off. exhibendo. 5.° per annum quolibet die sabbati ante Imaginem B.M.V. coronam eiusdem Virg. gloriosæ flexis genibus recitet, et per idem tempus qualibet feria sexta ante Imaginem SS. Crucifixi, flexis genibus, psal. pœnit. cum litanijs, et precibus sequentibus pariter recitet. 6.° Per annum semel in mense in die Veneris ieiunet, pane, et aqua contentus. lata fuit præfata sent. die 9. 8bris 1594. prout ex Lib. 3. pag. 128.

249. Philippus Rodulfus q. Tiburtij è Castro Senesidiæ Tergestinæ Dioc. hæret. Lutheranus sponte se sistit coram P. Inq.re, et reconciliari petit S.R.E. Abiurat, absoluitur in forma consueta, additisque eidem salut. pœnitentijs, dimittitur. 17. January 1595.

250 Julius. ... Florentinus Capitaneus in Arce Palmæ, habitans in Villa Subsylua Aq. Dioc. dixisse defertur, grauius esse peccatum non comedere carnes diebus uigiliarum, quam illas comedere dictis diebus: Sanctum Petrum non fuisse primum summum Pontificem post Xpum Dominum: Sanctos pro nobis minimè intercedere apud Deum: sufficere ad remissionem peccatorum illa in conspectu Lunæ confiteri. Pluribus ergo testibus auditis sed nihil deponentibus in fauorem fisci, siletur. 23. D.re

251. Franceschina Vxor Martini Caballarij Vtinens. defertur, quædam superstitiosa dedisse Dominæ Elisabethæ de Simeonibus Vtinensi ad causandam necem Viro suo. Probatis ex testibus, quæ sibi obijciuntur, ipsa constituitur, et maiori ex parte sibimet opposita fecisse confitetur. Quapropter pœnitentiatur, primò, quod annum integrum qualibet feria sexta ieiunet. 2.° per idem tempus quolibet die Sabbati ad Ecclesiam S. Mariæ Gratiarum Vtini se conferat, ibique Missam audiat, flexisque genibus B.M.V. coronam recitet. 3.° eodem anno in die S. Paschæ, in Assumpt. B.M.V. et in Nat. Domini præmissa peccatorum suorum confessione, Euch. sumat, deferatque fidem huius obedientiæ S. Officio. 4.° iuret de parendo mandatis S. Ecclesiæ, et præcipuè, non amplius superstitiosa se commissuram. 6. Aplis

252. Augustinus Veronensis Campo, incola Villæ Subsyluæ Aq. Dioc. defertur, blasphemias hæreticales multipliciter euomere, Missam non audire, annuam Confess. et Commun. ommittere. Quibus testibus adhibitis pro ueritate inuenienda supradictum, ad ulteriora non proceditur. 29. D.re

253. Joannes dictus: il Vecchio è Villa Campo formido Aq. Dioc. aduersus quendam Priorem Ord. Præd. dixisse defertur, Patrem illum, omnesque Religiosos, tum Regulares, tum Sæculares esse diabolos, et 6. Junij.

damna

damari. Habitis testium dictis deprehendit. ipsum Joannem cum uerba illa protulit nimia ebrietate fuisse detentum: quapropter constitutus, et interrogatus, respondit, horum minimè recordari, ueniam tamen petere, si quid horum dixit, quia scil. multum biberat, eratque ebrius. Pœnitentiat. itaque primò Quod in Assumpt. B.M.V. proximè futura, in Natiu. Dni, præmissa confess.e Euch. sumat in Eccl.ia suæ Villæ, fidem R. Plebani S. Off. deferens. 2°, quod infra terminum dierum octo uisitet Eccl.iam B.M.V. in montibus, ibiq; Missam audiat, et candelam ceræ albæ unius Libræ illi Altari offerat. 3° quod per duos menses qualibet feria sexta ieiunet, Missam audiat, et B.M.V. coronam recitet. 4°. quod propter ebrietatem per dies quindecim bibat uinum mistum aqua ad medietatem.

254. Marcus Ant.o Bonecchi Vtinæ pluribus annis annuam Confess., et Coiones ommisisse defert; raro Missam audire, hortantiq. ipsum, ut S. Jubileum acciperet, Respondisse: Che ne haueua uno in cassa migliore di quello più di 50. anni sono. Auditis testibus, ipsoq; bis constituto, iubet. abiurare de leui, deinde per tres annos in Paschate, Pent., Assumpt. B.M.V., et Nat. Dni præmissa sacram.li Confess.e iubetur de manu sui Parochi SS. Euch. sumere, huiusq; pœnit. per singulos annos testimonium authenticum S. Off. deferre. Per annum etiam qualibet feria sexta in Eccl.ia maiori Vtini, genibus flexis ante Altare SS. Sacram.ti decies Orõnem Dnicam, totidemq. Angelicam salutat. recitare. Insuper, quod per tres annos, præter dies festiuos, ter in hebdomada, scil. in die lunæ, mercurij, et Veneris Missam audiat. Lata fuit suprad. sent. die 20. Aprilis 1596. prout in lib. 3. pag. 353. 26. Julij 1595.

255. Stefanus, et Georgius eius filius Peslari è Villa Luccnisi Imperialis Ditionis carnes tpe Quadrag.mæ comedere deferuntur. Quibus testibus auditis, decernit. ad ulteriora non esse procedendum usque dum Rei ipsi prætensi sub hac Dition. compareant 31. d°

256. Marius Pozzo de Venzono Aq. Dioc. denunciat., monuisse quendam fratrem Virgilium de Speciarico Ord. Min. Con. Guard.m in Conu. S. Margaritæ Villaci {Imperialis Ditionis} ut fuggeret, quia scil. uti hæreticalium operationum effector eum P. Commissarius Styriæ, et Carinthiæ tradere uolebat S. Officio. Habitis testium depositionibus, et ipse Reus prætensus bis constituit. ex cuius responsionibus deprehendit., quod cum esset creditor certæ pecuniæ ex Vino uendito suprad. fratri Virgilio, timens amittere suum creditum, si in carceribus S. Off. detruderet., idcirco monuit illum de retentione, quæ ipsi instabat, et sic fugam arripuit. Quoniam itaque, non in offensam S. Officij, aut Fidei Catholicæ, sed personalis sui interesse, et amore pecuniæ, quam amittere timebat, id fecisse colligit., cum in reliquis semper catholicè uixisse ex suis defensionibus constet, propterea sententiat., ut iuret, se nunquam de cætero impediturum S. Off., aut illius quoscunque Ministros, imo omne auxilium, et fauorem {requisitus} pro uiribus suis præstiturum. Iuret etiam, ac promittat, se omnem diligentiam adhibiturum, ut inueniat, et sciat, quo in loco reperit. suprad. fr. Virgilius, habitaq. notitia, ubinam sit, statim S. Off. id notificet; et si facultas sibi aderit, eum nomine S. Officij retinere, et in carcerem conijci faciat, suisq; expensis in fortijs S. Off. conduci curet. Deinde pœnitentiat., primò, ut in prox.a festiuitate S. Jacobi, præmissa sacram.li Confess.e in Eccl.ia maiori Terræ Venzoni, post Missam solemnem Euch. sumat, deferatq; fidem huius peractæ pœnit. S. Officio. 2°. quod per triennium in Paschate, Pent., Assumpt. B.M.V., et in Nat. Dni similiter confiteat., et Euch. sumat, et fidem per singulos annos deferat S. Officio. 3°. quod per annum qualibet feria sexta, flexis genibus, psal. pœnit. recitet cum litanijs, et precibus sequentibus. Lata fuit præfata sent. die 3. Julij 1596., et habet. in Lib. 3. pag. 361. 5. Aug

257 Andreas Bossolinus hospes Castri Zopolæ Dioc. Conc. denunciat., non semel dixisse: Quod si ipse natus fuisset turca, uel iudæus, crederet, diceret., turcarum, et iudæorum Legem esse meliorem, et in illa se posse saluari. Loquens uerò de Lege Xpiana sequentia uerba protulisse: Chi sà, qual sia la migliore? Addens: Che Dio nel giorno del Giuditio saluarà 9. d°

tutti.

tutti, cioè Xpiani, Ebrei, e Surdi. Cumq; super delatis examinarentr. testes, Reus ipse pretensus
exijt è uita.

258. Pascolus Vergolinus, rusticus è Villa Oleis Aq. Dioc. defertr. fascinationes effecisse ut feminę gra- ij. Augti
uidentr. et ad tollendum impedimentum in Vxoratis uiris, ut suas cognoscere ualeant Vxores. Tes- 1598.
tes probant, ipse uerò constitutus sibi opposita negat. Tamen pęnitentiatr. primò, quod in prox.
die Dnico cum candela accensa unciarū sex, flexis genibus, stet ante fores Ecclię suę Villę
dum Missa celebratr. qua completa, candelam offerat Altari, in quo reconditum est Corpus Dni.
2°, quod per dies quinque in eadem Ecclia B. m. V. coronam recitet.

259. Baptista Turchetus rusticus è Villa Rouer. Aq. Dioc. defertr. quod iratus propter boues 12. 8bris
quinque sibi à fulmine occisos, dum ad patienter ferendum beneplacitum Dei hortaretr.
Respondit: Che se Dio hauesse potuto ammazzar anco l'altro boue, lo haurebbe ammazzato, ma
che non hà potuto. Decernitur, supersedendum.

260. Fr. Nicolaus Feruleus Vtinē ord. Pred. denunciatr. uti suspectus de heresi, eo quod dubitare 16. 8bris
se ostendat de ueritate Fidei catholicę, et precipuè de immortalitate aię rōalis, non semel
querendo à uiris doctis: Quid esset ipsa aïa? Num uentus, aut fumus? Quomodo maneat
in corpore? num uideatur? Subdens, se quidem corpora uidere, non uerò animas. Et respon-
sis sibi allatis à Viris doctis ex sacra Scriptura immortalitatem animę humanę clarè
ostendentibus, non acquieuisse, sed in sua dubitatione permansisse. Visis testium depositionibus,
habitisq; ipsius Rei pretensi constitutis cum negationibus, et excusationibus multis, decer-
nitr. ipsum abiurare debere de uehementi in Palatio Patriarcali. Deinde per annum integrum
bannitr. à suo Contu S. Petri Martyris, et ab hoc Castro. Per biennium priuatur utraque
uoce actiua, et passiua, omni etiam gradu, ac dignitate. Per triennium qualibet feria sexta
recitare iubetr. flexis genibus psal. penit. et per annum qualibet feria quarta ieiunare et
Rosarium B. m. V. recitare. Lata fuit huōi sent. die 6. Maij 1596. prout ex lib. 3. pag. 155. at de
hoc iterum infra n°. 283.

261. Joannes Raffinus rusticus è Villa S. Laurentij Dioc. Conc. defertr., superstitiosè quasdam 22. 8bris
infirmitates curare; quod quidem ex testibus probatur; ipse autem constitutus sibi obiecta
audacter negat. Pro modo tamen culpę iubetr., secunda die solemnitatis Paschalis, dum
Missa celebratr. flexis genibus, stare ante fores Ecclię suę Villę cum candela unius librę
in manibus accensa: quo tpore Rev. Curatus moneat populum de errore d.ti Joannis, ōes de-
terrendo, ut ab huōi superstitionibus ōino abstineant. Quibus expletis, ipse Joannes ad
Altare accedat, eiq; candelam offerat: eidem quoque precipitr. ab huōi superstitibus cauere,
et ne audeat remedia cuipiam infirmo exhibere sub pęna excōicationis. Hęc sent. habetur
in calce processus.

262. Valentina Tarzotti nubilis Vtinē q. Bartholomei sponte se sistit coram P. Inqre, seq; accusat, ac- 23. 8bris
cepisse in nōe magni diaboli os mortui, illudq; in olla cum oleo posuisse ad ignem
preparatum ex fasciculo lignorum pariter in nōe magni diaboli empto, et ebulire fe-
cisse usq; ad consumationem d.ti olei, pronuncians interim uerba imprecatoria contra quen-
dam Franciscum, à quo, interuentu prefati experimenti redamari cupiebat, et ab eodem accipi
in Vxorem iuxta promissionem sibi factam, cuius gratia permiserat, se deflorari ab illo. Ab
exce. itaque absoluitr., et iniunctis eidem salut. pęnitentijs, dimittitur.

263. Camillus Maniacus sutor è Ciuit. Fori Julij habitans Glemonę defertr. magno cum scandalo 25. 8bris
multorum pluribus in locis dixisse: Xpūm Dnūm nequaquam in Hostiam descendere cum illam sa-
cerdos consecrat in Missa, sed in sua Maiestate manere, et mittere alium sibi similem. Sacer-
dotem in pecco mortali Missam celebrantem non consecrare, et sacrificium quod offert Deo,
nullius esse ualoris, idq; uelle probare dixisse (dum reprehenderetur) ex quodam Cathechismo
italico idiomate impresso: Sanctum Franciscum nequaquam esse Sanctum, imo stigmata quę habet, sibimet
fecisse, currendo scil. per campum plenum sigina (sorgo) recenter recisa, post Monialem, cadensq;
in

in terras, plagatus remansit ex fustibus sagine recisç. Auditis testibus, et ipse constituitur, qui tamen omnia ferè sibi opposita negat. Visis itaque ipsius depositionibus, negationibus, excusationibus, ac eius pronitati ad loquendum de rebus minimè suç conditioni conuenientibus: attenta insuper eius iterata inobedientia erga S. Off., à quo sibi uetitum fuerat, ne ab hoc Castro discederet sub pena confessatorum criminum {et discessit} pluriesq. uocatus sub pena exc. lati sent. ac pertinaci comparere recusauit, propter quod iussum fuit, in Eccl. ijs Glemonç declarari excōicatum. atq. ita in fortijs S. Off. se constituit, et ueniam petijt. Cumq. ex testibus fide dignis constet, d.m Camillum protulisse uerba, ut supra sibi obiecta: Ad tollendum scandalum è Terra Glemonç, in qua est publicè diffamatus de heresi, damnatz. ad abiurandum publicè ibidem in die festo in Eccl.ia maiori. Deinde penitentiatz. Primò, ne de cetero audeat legere sub pena exc. librum aliquem cuiuscunque sit conditionis, et idiomatis, preter Officium B. M. V., et Doctrinam Xpianam, idq., ut ei tollatz occasio loquendi de his rebus, quç ipsius conditioni minimè cōiunt. 2.o quod in die suç abiurat.is à prīpio Missç cum candela accensa in manibus stare debeat in loco, ubi ei iussum fuerit genibus flexis, factaq. abiurat.e ad portam prīpalem suprad. Eccl.iç se conferrè, ibiq. cum candela in manibus accensa, detecto capite, permanerè debeat usquequo populus egressus fuerit. 3.o quod in proxima solemnitati Epiphaniç Dni; premissa sacram.ti confess.e Euch. sumat post Missam maiorem in d.a Eccl.ia, Sanctoq. Off.o fidem deferat R. Plebani. 4.o quod p annos tres in qualibet p.a Dom. cuiuslibet mensis, et in solemnit.bus Resur. Pent. et Nat. Dni confiteatz. et Euch. sumat, singulisq. annis fidem huius obedientiç S. Off. afferat. 5.o quod p annum integrum singulis diebus Dnicis ad Eccl.iam S. Antonij d.e Terrç se conferat, et antè Altare S. Francisci, flexis genibus quinquies Orōnem Dnicam et quinquies Salut. Angelicam recitet in memoriam quinque plagarum à Saluatorè Nro Jesu Xpo miraculosè ipsi S. Fran.co impressarum, contra quas impudenter ac temerariè locutus fuit. 6.o quod p triennium in quolibet die Veneris psal. pen. cum litanijs, et orōnibus seqūtibus, flexis genibus recitet antè Altar. Sanct.mi Sacramenti. 7.o quod p annum singulis diebus Sabbati ad Eccl.iam S. Mariç Gratiarum suprad. Terrç se conferat, ibiq. missam audiat et B. M. V. coronam recitet. 8.o quod infra dies quindecim nudis pedibus peregrinando ad Eccl.iam S. Mariç de Comertio se conferat, ibiq. decies Orōnem Dnicam, ac totidem Salut. Angelicam recitet, rogando ipsam Dnam Nram ut ab ipsomet ōis occasio labendi tollatur. Lata fuit huōi sent. die 22. Xbris 1596. et habetz. in lib. 3. pag. 169. fuitq. publicè absolutus in forma, post abiurationem.

264. Pasca rel. q. Leonardi Cleri, et Maria Joannis Cleri filia } è Villa Percotto Aq. Diecesis
pro inueniendis petijs furto sibi ablatis, sortilegium cribri commisisse deferuntur. Habitis testium depositionibus, earumq. confessionibus; penitentiantur: Primò, quod p.a Dom.ca Aduentus prox.e futuri procedant simul ad Eccl.iam S. Martini d.e Villç, flexisq. genibus ad scabellum Altaris Sanct.mi Sacram.ti, tenentes candelam in manibus accensam {unaquaque sex unciarum ponderis} premissa coram propr. Parocho sacram.ti confess.e ibi permanerè debeant dum celebratz. Missa, eaq. completa, candelas ipsas eidem Altari offerant, statimq. publicata p Parochum causa talis penit.e eos absoluat à Censuris contractis ob sortilegium predictum, deinde p manus eiusdem Parochi Euch. sumat. 2.o quod p mensem qualibet feria sexta ieiunent, et in eadem Eccl.ia, flexis genibus coram suprad. Altari B. M. V. coronam recitent. 28. Aug. 1595.

265. Fr. Fran.cus Corazzinus de Montenovo Prouinciç Ord. Min. Con. Regens Conu.tus S. Fran.ci interioris Vtini defertz. de heresi prauitat. suspectus, nimirum dixisse: In iudicio ad conseruandam uitam et honorem proximi, et amici peierare licerè; quodq. nonnullos, qui contra ipsum coram Judice ordinario ueritatem deponerè debebant, ipsemet ad paliandam, et occultandam ueritatem, hortatus sit. Receptis testium dictis, ipsoq. bis constuto, cum nihil legitimè probatum inue- 10. 8bris

inueniatur aduersus illum, relaxatur omnino ab instantia, inquisitione, ac iudicio. Facta fuit hec relaxatio, seu potius dimissio die 8. Martij 1596. prout in lib. 13. pag. 181.

266. Valentinus è Villa Mortaliano Aq. Dioc. habitans in Villa Percotto carnes comedisse defertur in die sabbati: publicum esse blasphematorem contra Deum, eiusque Sanctissimam Matrem Virginem: quodque cum fuisset hortatus ad ieiunandum pro consequendo Jubileo, Respondit dicens: Becuni il diauolo, e se lo togli che mi non lo uoglio. Habitis testium dictis, et ipse constituto, negat sibi opposita. Carceri mancipatur, iterumque constituitur, et aliqua ex oppositis se admisisse fatetur, aliqua negat. Jubetur ergo abiurare de leui. Deinde per menses decem damnatur ad triremes: quod si inhabilis compertiatur, per idem tempus damnatur ad carcerem: quo tempore expleto, bannitur à toto Patriarcatu per annos quinque. Si autem, durante banno, intra confinia uenerit, et captus fuerit, soluat captoribus de suis bonis centum solidos, et nihilominus reuertatur ad carcerem, et ad bannum respectiue tunc incæptum, idque toties quoties. Per idem uerò tempus, si commoditas aderit, quotidie B. M. V. coronam recitare teneatur, uel saltem quinquies Orationem Dominicam, totidemque salutationem Angelicam. Lata fuit supradicta sent. die 22. Xbris 1595. ut in lib. 13. pag. 145. 13. octob. 1595.

267. Sebastianus Lenarduttius, et Leonardus ipsius filius, è Villa Onanins Dioc. Conc. {caupones} deferuntur, quibusdam Militibus oua, et caseum obtulisse ad comedendum in Vigilia Sanctorum Apostolorum Simonis, et Jude: cumque ex depositionibus testium, ipsiusque Leonardi constituto deprehendatur, milites illos non fuisse integre sanitatis, nihil actum est contra ipsum, neque contra Sebastianum eius Patrem. 29. 8bris

Leonardus Diana Caupo de eadem Villa defertur, in Vigilia S. Jacobi Apostoli fecisse in domo sua, ut sibi darentur oua his uerbis: Porta quà quei oui; et monitus à Reu. suo Plebano de uigilia, respondisse: Non è già adesso Quaresima. Constitutus, negat sibi opposita: nihilominus penitentiatur: ut per triduum uisitet eos Ecclesias sue Ville, et in unaquaque illarum semel B. M. V. coronam recitet, sicque faciat singulis tribus illis diebus: deinde candelam cere albe duarum Librarum Fraternitati Sanctissimi Sacramenti dicte sue Ville offerat. Iste Leonardus Diana sub die 12. Augusti 1595. delatus fuerat S. Off.o deinde constitutus, et expeditus fuit die 6. Aprilis anni sequentis, eiusque denunciatio, et expeditio habentur promiscuè in processu supradictorum Sebastiani, et Leonardi.

268. Ludouicus Stella è Spilimbergo Conc. Dioc. defertur despexisse elemosinas, orationes, et cetera opera pia, que pro animabus fidelium defunctorum suffragandis fiunt, dicens: nihil eis prodesse; at quoniam nullus adfuit testis, qui hec audierit, supersedetur quousque etc. 5. 9bris

269. Jacobus Dorici Caupo in loco Riuolti Dioc. defertur, in Vigil. Sanctorum Apostolorum Simonis, et Jude apposuisse oua ad comedendum Josepho Calo eiusdem loci, qui et oua ipsa comedit. Constituuntur, et errata fatentur, Jacobus itaque iubetur, in proxima Dominica, premissa Sacramentali confessione, flexis genibus tempore Misse ante fores Ecclesie supradicti loci stare cum candela in manibus accensa, completaque Missa, ad Altare Sanctissimi Sacramenti accedere, et Eucharistiam sumere. 6. Xbris

Joseph autem iubetur, prima feria sexta ieiunare, prima quoque Dominica proxima Quadragesime, premissa Sacramentali Confessione flexis genibus ante fores supradicte Ecclesie stare cum candela unius Libre in manibus accensa dum celebratur missa, qua peracta, Euch. sumat. Habentur ambo sent. in fine processus.

270. Thomas Seccaspina, et Simon Gulielmi è Villa Pozzo Aq. Dioc. caseum comedisse deferuntur in Vig. Sanctorum Apostolorum Simonis, et Jude. Confecto processu, iubentur ambo, in die Nat. Domini, premissa Sacramentali Confessione coram eorum Parocho, flexis genibus ante fores Ecclesie dicte Ville cum candela in manibus accensa ponderis sex unciarum, stare dum celebratur Missa, deinde flexis quoque genibus accedere ad Altare maius, ibique oblatis dictis candelis eidem Altari Euch. sumere. Habetur hec sent. in calce processus. 7. Xbris

271. Valerius Vendraminus de Pinadello Aq. Dioc. defertur uti suspectus de heresi; habitisque trium testium depositionibus, cum nihil constare appareat contra ipsum, siletur 11. Xbris

272. Presb. Sigismundus de Qualdo Capellanus in Villa Corboloni Aq. Dioc. delatus, taxillorum tractu, et cuiusdam Libri premonstrationibus futura mala predicere: at propter eiusdem Presbiteri absentiam, et incertitudinem qualitatis supradti Libri, an sit prohibitus, ad ulteriora non proceditur. 21. 9bris 1595.

273. Fr. Jo. Petrus Brandolinus de Valle marino Ord. min. Con. socius P. Inqris Aquilæ accusatus apud Rdum Ministrum Provincialem Provinciæ S. Antonij uti contemptor Censurarum Ecclesiasticarum: at vero neque ex formatione processus dti P. Ministri, neque P. Inquisitoris aliquid deprehenditur contra socium 29. dti

274. Lucretius Attanus de Spilimbergo Dioc. Conc. delatus, dixisse, omnes homines, tum qui fuerunt ante Xpi Adventum, tum qui post ipsius Adventum, esse saluandos, quia scil. Xpus pro omnibus passus est: dixisse etiam, licere omnibus cibis vesci diebus omnibus. Audito unico teste, siletur. sub die 28. Octobris 1598. decernitur, esse citandum ad respondendum, et sub die 22. Julij 1599. citatur, relicta citatione in manu Plebani, eo quod ille abiit; die vero sequenti se sistit coram P. Inqre, a quo examinatus, callide respondet, vel sibi obiecta negando, vel dicens, non recordari: quare iterum examinatus, et eodem modo respondendo, factis suis defensionibus, iterum siletur. 7. Xbris.
Tiburtius Caleaterra de Spilimbergo supradti Lucretij Denunciator, cum pannum ipse quoque dubitationem habuisset circa predictum articulum: An scil. omnes homines, boni, et mali debeant saluari, potius vero parti affirmativæ adhesisset, abiurat, absoluitur, et impositis salut. penit. dimittitur
Lucretius autem predus sub die 6. 7bris 1597. accusatus apud Excellmum D. Auditorem Spilimbergi, quod publice blasphemaverit. Confecto processu, carceratus, constituitur, se defendit, et probat, se falso accusatum fuisse. Quapropter, eo dimisso, Accusator bannitur per tres annos a loco Spilimbergi et a toto Territorio, ac Jurisdne; quod si dto tempore intra confinia venerit et captus fuerit, carceri mancipetur per duos menses, soluatque lib. 50. Captoribus, deinde reuertatur ad bannum, et hoc quidem toties quoties.

275. Odoricus Bonticco Utinensis habitans in via: Prà chiuso constituitur super nonnullis verbis superstitiosis, quibus ipse putat, et intendit lupos fascinare, ne cetera animalia necent, habitaque ipsiusmet confessione eidem omnino precipitur, ne in posterum huiusmodi fascinationes, aut veneficia facere audeat; iurauit ergo, tactis sacris literis, se nunquam talia facturum. Deinde eidem iniunctum fuit, per dies quinque, flexis genibus, B. M. V. coronam recitare, postmodum confiteri, et Euch. sumere, prout in fine dti examinis. 9. dti

276. Jo. Maria Boncompagno Caupo in Villa S. Martini Conc. Dioc. delatus, in Vig. sanctorum Aplorum Simonis, et Judæ caseum dedisse ad comedendum Antº Pagano, et Mattheo Joppol de Frisanco eiusdem Diocesis, qui et dm caseum comederunt. Auditis testium depositionibus, eiusdemque Jo. Mariæ habita confessione pro modo culpæ eidem imponitur, ut in die Veneris Sti prox. futuræ Quad. ieiunet, pane, et aqua contentus: Quod secunda die solemnitatis Resurrect. Dni nri Jesu Xpi, flexis genibus maneat ad fores Ecclesiæ suæ Villæ cum candela unius libræ in manibus accensa dum Missa celebrabitur; quo tempore R. Curatus premoneat populum de errore supradti Jo. Mariæ, ut ab huiusmodi omnes abstineant. ij. dti
Antonius Scudellarius e Villa Arzenut Dioc. Conc. delatus, ludendo aleis hanc protulisse blasphemiam: Jnegago à Dio, se non mi perdona. Auditis testibus, ipsoque constituto, se excusat dicens, non recordari, se talia verba protulisse, tamen absolute non negat. Itaque pro modo culpæ iniungitur ei, ut in die Veneris Sancti Quad. proxe futuræ ieiunet, pane et aqua contentus, nudisque pedibus, et capite aperto in processione, quæ die illa fiet in Villa S. Martini, portare debeat Sanctiss. Crucifixum, ac deinceps ab huiusmodi blasphemijs caueat, delatumque eidem fuit iuramentum de parendo mandatis S. Ecclesiæ, prout iurauit. die dto in eodem quincernio.
Joseph Castella de Postenzico supradtæ Dioc. carnem comedisse delatus in Vig. S. Andreæ Apli Ibidem.

Ap̄lo. Auditis testibus, et ipso conñuto, præter carnem, etiã caseum comedisse fatetur. Per modũ ergo culpę eidem iniungit, ut in secunda die Resurr.nis Dñi nr̃i Jesu Xp̄i, flexis genibus, apertoq; capite stet ad fores Ecc.lię Villę S. Martini dum celebrabit. missa cũ candela in manibus accensa. Item b. flexis genibus in sua ipsius domo tribus diebus, semel in die B. M. V. coronã recitet, caueatq; de cætero ab huĩ erroribus, et iurauit, se pariturum mandatis S. Ecclesię.

Dominicus del Bon è supradª Villa, caseũ dedisse defert. ad comedendum in Vig. S.tor Ap̄lorum Simonis, et Judę supradº Josepho, et quibusdam alijs. Auditis testibus, habitoq; ipsius conñuti confessº, per modum culpę eidem præcipitur, ut secunda die solemnitatis Resur.is Dñi nr̃i Jesu Xp̄i, flexis genibus, et capite detecto, cũ candela unius libre in manibus accensa stet ad fores Ecc.liæ Villę S. Martini dum celebrabitur missa: et ipsius Curatus populum tunc moneat de huĩ errore, cunctos pariter monendo, ut caueant à similibus iurauitq; se pariturum mandatis S. Ecclesię. — Ibidem

Antonius Paganus de eadem Villa defert. caseum comedisse in Vig. S.tor Ap̄lorum Simonis, et Judę. Habitis testium dictis, et ipso etiã conñuto: per modum culpę iubetur, in die Veneris sancti nudis pedibus ad Ecc.liã S. Nicolai se conferre, ibiq; B. M. V. coronã deuotè recitarẽ; secunda uerò die Paschę, dum missa celebrabit., stare debeat ad fores Ecc.lię maioris suprad.ę Villę capite aperto cũ candela unius libre in manibus accensa: Et R. Curatus premoneat populum de errore ipsiusmet Antonij, omnes hortando, ut ab huĩ abstineant, iurauitq; se pariturum mandatis S. Ecc.lię. — Ibidem

Jacobus Cati de eadem Villa defert. caseum comedisse in Vig. S.tor Ap̄lorũ Simonis, et Judę. Auditis testibus, et ipso quoque conñuto: per modũ culpę iubet., in die Veneris sancti nudatis pedibus ad Ecc.liã S. Nicolai se conferre, ibiq; flexis genibus B. M. V. coronã recitarẽ. Feria autem secunda post Resurrect. Dñi nr̃i Jesu Xp̄i, dum missa celebrabit. in Ecc.lia S. Martini Villę S. Martini, flexis genibus, apertoq; capite, stet ante fores eiusdem Ecc.lię cũ candela unius libre in manibus accensa. Quo tp̄re R. Curatus moneat populum de causa, ob quam d.s Jacobus sic pœnitentiat., ut inde exemplũ quisque sumat cauendi à similibus, et iurauit, se paritur ũ mandatis S. Ecc.lię. Habent. prefatę sent. in eodem quinternio. — Ibidem.

277. Catharina Uxor Dominici, cuius Mater Thadea de Mortaliano Aq. Dioc. defert. de semetipsa dixisse: se esse lamiã, òiq; die Jouis cum suo Viro ad choreas Lamiarũ pergerẽ ubi cũ cæteris lamijs pugnant. Habitis trium testiũ depositionibus, siletur. — 12. Xbris 1595.

278 Franciscina Uxor Joannis Theutonici, et
Elisabet Uxor q. Georgij Theutonici } incolę Portus Gruarij. — 25. d.ti
denunciant. uti lamię. Aditis triũ fœminarũ depositionibus, cum nihil certi deprehendat. contra illas decernit., non esse procedendum.

279. Erasmus Utin habitans Spilimbergi Dioc. Conc. denunciat., quadã die contra Imaginem B. M. V. conspuisse, eamq. cultro uulnerasse, ac uerbis hæreticalibus Deũ, ipsamq. B.mam Virginem pluries affecisse. Auditis pluribus testibus, citat., sed graui morbo detentus rogat, sibi inducias concedi ad comparendum. Aliud non apparet. — 29. d.ti

280 Romana uxor Joannis Santuzzi è Villa Solexo Conc. Dioc. defertur, misisse Mattheum q. Bap̄tę de Floris ad quendã Virum maleficiũ habitantem in terra Portus Gruarij, ut sanaret puerũ filiũ eiusdem Matthei à fluxu sanguinis. Auditis testibus, habitisq; suprad.ę Romanę et Matthei conñutis, pœnitentiantur: Quod scil. in die Dñico prox.º futuro pergant simul ad Ecc.liã Parochialem Villę Morsani, et cũ candela accensa in manibus sex unciarum (pro singulo) dum celebrabit. missa, flexis genibus, stent antẽ portã eiusdem Ecc.lię, et tunc R. Curatus moneat populũ de istorũ superstitioso errore, ac pœnit.ª, ut ab huĩ omnes caueant. Quo facto, accedant ad Altarẽ, et ibi offerant dictas candelas: deinde p ipsum — 10. d.ti

Cura-

Curatus doceant S. Off. de huoi obedientia, et penitentia adimpletis. Et iurarunt de parendo mandatis S. Ecclesie.

Bapta de Latisana Patriarchatus Venet. incola Portus Gruarij exercens artem sutoriam, fuit est ille Vir, ad quem missus fuit suprad.us Marteus, ut sanaret filium suum à fluxu sanguinis) constituts. super sibi oppositis, ut supra, et erratorum ueniam petens, pro nunc dimittitur cum comminatione, ne in posterum audeat quicquam superstitiosum committere, aut pregentar (ut uulgò dicitur) nec medicam.tum quodcunque cuiquam prebere sub pena exc.nis, et quinquaginta ducatorum pro expensis S. Officij applicandorum, ac etiam banni, et aliarum penarum ad arbitrium, eidemq. pro modo culpe iniuncta fuit penit. salutaris, et iurauit, se pariturum mandatis.

281. Hieronimus Bertolinus è Villa Caonis (Chions) Dioc. Conc. defertr., carnem suilam comedisse 8. Jan.ij 1596
in die Veneris, corripientiq. illum respondisse: Che me uoleua mangiar, se ben' anco fosse stato sabbato: rarissimè Missam audire, et pluribus annis Confess.m et Coionem ommisisse: et hec quidem deponunt etiam testes. Citatr. itaq. sub pena exc.is et non comparet. Citatr. iterum sub pena eadem, et pariter non comparet. Citatr. tertiò ad uidendum, et audiendum, se declarari excõicatum, et pareri contemnit. Capitr., et carceri mãcipatr., duplici constutus interrogatus fatetr. semel tantùm carnem suilam comedisse, quia scil. laborabat febri, nec aliud habebat, quod manducaret: et quia graui morbo afflictabatr. in cruribus, ideirco ait, rarò ibat ad Ecclesiam. Visis itaque ipsius confessionibus, negationibus, et excusationibus: prestito per eum iuram.to de parendo mandatis S. Ecclie, absoluitr. ab exc.e ab ipso contracta propter inobedientiam, deinde penitentiatr. Primò, quod per annos duos in Pasch.ate, in Pent., et in Nat. Dni confiteatr., et Euch. sumat in Ecclia sue Ville, fidem sui R. Curati per singulos annos huic S. Off.o afferendo de huoi ipsius obedientia impleta. 2.o quod per duos menses (infirmitate eum non impediente) qualibet feria sexta ieiunet, Missam audiat, et B. M. V. coronam recitet. 3.o quod per annum, preter dies festiuos, qualibet feria quarta, sexta, et sabbato missam audiat, dummodo missa in d.a Ecclia celebretr., et ipse aliqua non detineatr. infirmitate, sibiq. B. M. V. coronam recitet. Hec autem sent. legitr in lib. c. pag. 33. sed non apparet, quo die, quoue año lata.

282. Fran.cus Mazzarolus de Spilimbergo Dioc. Conc. defertr. uti de heresi suspectus, nimirum, 8. d.o
quod de aie immortalitate loquens dixerit: Non esse asserendum, tot hoes, qui propria legem, quam seruare debent, ignorant, aut qui nullam habent notitiam fidei catholice, damnari: et addiderit, se propterea credere, oes hoes in sua lege posse saluari. Habita unius testis deposit.e, decernitr. ad ulteriora non esse procedendum, donec aliud legitimè constiterit

283. Philippus Jacobus filius Stephani Rigan è Ciuit. Tebilar in partibus Germanie sponte 9. d.o
se accusat de sortilegio cribri admisso ad inueniendam pecuniam à suo Dño, seu Patrono amissam in quo facto, cum ex ipsius deposit.e appareat, eum ex ignorantia egisse, nesciens, id esse peccatum, monetr. ut ab huoi, et similibus superst.bus abstineat, deinde eidem iniungitr. ut per dies quindecim in Ecclia Lorenzagi ante Altare SS.mi Sacram.ti flexis genibus, quinquies recitet Oronem Dnicam, totidemq. salut. Angelicam.

284. Horatius de Cordubato Dioc. Conc. cum die quadam minas euomeret contra quendam Sacerdo- 23. d.o
tem: monitus, ne operi compleret, quod contra d.m Sacerdotem minatus fuerat, alioquin, preter peccatum mortale, incideret in exc.m maiorem Sumo Pontif. reseruatam, respondisse defertur: Combusto ligno, quo quis percutit Clericum, percussorem ipsum absolutum remanere ab exc.e Audito unico teste, citatr. d. Horatius, et constutus fatetr., se talia uerba protulisse, quia et ab alijs eadem uerba proferri audiuit. Cumq. ad interrogata catho-

licè

lite responderet; declarat., ipsum nullam heresis suspicionem incurrisse: tamen, ut cautior efficiat. in futuro, penitentiat. Primò, quod in Dom.ca Jubilei prox.e enunciandi, premissa sacr.li confess.e Eucharistiam sumat in Ecclia Cordubati, et fidem afferat R. Plebani sui S. Officio. 2.o quod per biennium, ter in anno, scil. in Paschate, Pent., et Nat. Dni, confiteat., et Euch. sumat, fidem afferens quolibet anno S. Officio. 3.o quod per tres menses qualibet die Veneris, flexis genibus in Ecclia pred. ante Altare SS.mi Eucharistie B. M. V. coronam recitet.

285. Dominicus Scandella, alias Minoccĥio de Monte regali Dioc. Conc. {de quo supra n.o 126} non semel dixisse defert., B.mam Virg. nequaquam de Spu Sancto, sed sicut ceteræ mulieres, concepisse Xpum, imo, Xpum nullatenus potuisse de Spu Sancto concipi in Vtero Virg. Marie, quia ipsamet Virgo Maria fuit meretrix: Xpum non esse Deum, si enim Deus esset, descendisset de Cruce, Judeis id efflagitantibus, quando dixerunt: si fil. Dei est, descendat nunc de Cruce, et credimus ei. Ignotum esse, Sanctos, qui pro Deo mortui sunt, vel iuste vixerunt, esse in Paradiso. Euangelium fieri à Presbiteris, et à Fratribus, cum non habent, quid aliud agant. Deum oia fecisse, scil. Terram, Aquam, et Aerem; Ignem vero ubique esse, sicut Deus. Terram, Aquam, et Aerem esse tres Personas diuinas: Patrem scil. esse aerem, Filium terram, et Spum Sanctum aquam: pleraség alias propones protulisse defert., quas etiam protulisse constat in alio processu, quas et publicè abiurauit. Itaque, testibus auditis, carcerat., et constituit.; eumq. veritatem plenè dicere recusaret, uentum est ad examen rigorosum, in quo ueritatem in oibus fassus; dolens, ac penitens de premissis, ueniam, et misericordiam erratorum instanter petijt. Ex dictis autem testium, et ipsius Dominici confessionibus deprehenditur, eum esse relapsum, quia per annos multos post ipsummet abiuratas hereses, {ut in p.o processu} easdem tenuit, nouasq. superaddens, de illis uti heresiarca cum alijs locutus est; imo nixus est eisdem suadere, plures hereses credere, sicut ipse. Eijcit. ergo à Foro Ecclico, et relinquit. brachio seculari sub die 8. Aug.ti 1599. Vide hanc sent. in calce eiusdem processus. 7. Martij 1596.

Joannes Mellina è Villa Pedemontis Plebis Auiani Dioc. Conc. die quadam reprehensus, quod suam propriam Vxorem, quam sicut semetipsum diligere debuerat, proiecisset in paruum Lacum, cui nomen Gorgazzo, respondisse defertur: Se Dio il dicesse direi, ch' el mentisse per la gola. Auditis testibus, ipse quoque constituit., negat, deinde fatetur sibi obiecta. Quapropter abiurare iubet. de leui; et penitentiat. Primò, ut in die Assumptionis B. M. V., in festo S. Bartolomei, et Natiuit. eiusdem B. M. V., confiteat., et Euch. sumat in Ecclia Parochiali Pulcinici, singulisq. prefatis diebus dum celebrat. Missa maior in d.a Ecclia, flexis genibus, habens candelam accensam ex cera alba in manibus, stet ante fores eiusdem Ecclie. 2.o, quod per annos tres prox.e futuros, singulo quoque anno in Paschate, in festo SS.mi Trinit., et in Nat. Dni confiteat., et Euch. sumat, afferat. harum penit.um singulis annis testimonium S. Officio. 3.o, quod per annum integrum quolibet die Dnico ante Altare SS.mi Sacram.ti in suprad.a Ecclia, flexis genibus, B. M. V. coronam recitet. Lata fuit prefata sent. die 7. Aug.ti 1599. in Ecclia S. Agnetis extra muros Terre Portus Gruarij, prout in lib. a. pag. 46. Ibidem.

288. Joannes Cariola de Monte Belluna Taruisine Dioc. habitans Vtini defert. comedisse carnem tpore Quad.me Auditis testibus, habitoq. ipsius constituto, penitentiat. Primò, quod in die Dnico prox.e futuro in Ecclia S. Jacobi Vtini dum celebrat. missa maneat flexis genibus prope Altare cum intorcitio ceræ albæ in manibus accenso ponderis sex librarum, completaq. missa, intorcitium illud suis manibus offerat d.o Altari, in honorem SS.mi Sacr.ti accendendum, fidem de premissis afferens S. Officio. 2.o, quod per annos duos, in Paschate, Pent., et Nat. Dni, premissa sacram.li Confess.e, Euch. sumat, afferens singulis vicibus S.to Off.o testimonium, apud quem Confessarium confessus sit; à quo Euch. sumpserit, et in qua Ecclia. 12. d.ti

3.o;

11°. quod per annum semel in mense, hoc est in feria sexta ieiunet, et simul pauperem de suo proprio aleri debeat. Lata fuit hec sent. die 12. Octob. 1596., et legitur in fine processus

287. Fr Nicolaus Ferulius Ord. Pred. (de quo supra n°. 260.) defertur, oua comedisse tempore Quadrag. quod tamen per testes minimè probatur. 2. Aplis 1596.

288. Jacobus Maricesanus de Lauariano Aq. Dioc. denunciatur, despexisse antiquatam S. Ecclie consuetudinem, aspergendi scil. aqua bened.a fidelium defunctorum sepulcra: cum enim in festo omnium Sanctorum per R. Curatum Ville Pauie, et alios utriusque sexus fideles in Cemeterio Ecclie Orones pro defunctis fierent, eorumque sepulcra aqua bened. infunderentur, dixisse defertur. Quid faciunt illi aspergendo aqua sepulcra mortuorum? non enim usque ad corpora peruenire potest; et aqua illa bened.a non est maioris ualoris, aut uirtutis, ac alia aqua non bened.a aut aqua alicuius fontis. Auditis testibus, ipsoque constituto, iubetur abiurare de leui; et ad tollendum scandalum, eidem precipitur, in prox.a Dnica ante fores suprad.e Ecclie, nudatis pedibus, detectoque capite, à principio usque ad finem misse, flexis genibus cum candela sex unciarum in manibus accensa, manere: peracta uerò missa, ad Altare accedere illamque in manibus R. Curati offerre, horumque fidem S. Off. deferendo. Jubetur insuper, in prox.e festiuitate S. Jacobi Apli, cuius nomen ipse sortitus est in sacro Baptismo, sacramentaliter confiteri, et Euch. sumere in Ecclia maiori Vtini, fidem pariter S. Off. deferendo. Quod in termino unius mensis, nudatis pedibus, semel uisitet Ecclias B.M.V. de Monte, ibique Missam audiat, et Rosarium recitet, fidem S. Off. deferendo. Quod per annos tres quinquies in quolibet anno, scil. in Paschate, Pent., Assumpt. B.M.V., in festo omnium Sanctorum, et in Nat. Dni, premissa sacramentali confess.e Euch. sumat, singulis annis fidem S. Off. deferendo. Quod eodem tempore trium annorum semel in hebdomada, flexis genibus Rosarium recitet. Quod item per idem tempus quotiescunque contingat, Nuncium Luius S. Off. infirmari, uel abesse ab hoc Castro gratis Luic S. Off. in omnibus occasionibus, que contingere possent, inseruire debeat. Tandem, in domo sua aquam benedictam habeat, eaque in sero, et mane seipsum aspergat, deque de domo sua id facere doceat. Lata fuit suprad.a sent. die 10. Julij 1596, et habetur in lib. 3. pag. 165. 20. d°

289. Jacoba Vxor Jo. Bapte Codolini de Villa Vrcenins superioris Aquil. Dioc. defertur, precantasse, seu superstitiosa uerba protulisse, ne animalia quedam perdita lederentur à Lupis. Conceditur facultas R. Curato d.e Ville absoluendi illam, eidem iuramentum iniungendo de parendo mandatis. Iterum labitur seu precantat (quod est incantare) et ueniam instanter apud Curatum petit, ut sacramentaliter confiteri possit peccata sua, iterum eidem confertur facultas illam absoluendi. 26. d°

290. Julius Capellarius, de quo n°. 120. defertur, medicamenta superstitiosa sibi omnino ab hoc S. Off. prohibita infirmis prebuisse. Auditis testibus, ipsoque constituto, eidem iubetur, ut quotidie coram Cancell: S. Off. se sistat, deinde carceri traditur. Aliud non apparet. De eodem tamen infra n°. 319. 9. Maij

291. Gasparina Criscola Vtini, teste fama deferenti, quod medicamentis superstitiosis utatur ad sanandas quasdam infirmitates, citatur, et constituitur, deinde sub pena exc. Late sent. et fustigationis ad arbitrium eidem inhibetur, ne in posterum audeat medicamenta quecunque alicui dare, aut quempiam medicamenta superstitiosa edocere. 24. d°

292. Leonardus, et Ant. ManZocchi fratres è Villa Nimis, de quibus supra n°. 209., et 231, ex quo de executione penitentiarum ipsis ab hoc S. Off. iniunctarum sub die 8. Feb. 1594. eidem S. Off. attestationes non detulerunt, citantur, constituuntur, et ad eorum instantiam Plebanus, et Curatus eiusdem Ville uocantur et examinantur, eumque ex horum dictis, penitentias non integrè fecisse deprehendantur, carcerantur, et uti inobedientes, et promissionis ab ipsis in abiuratione facte contemptores, penitentiantur. Primò, quod per annos tres quater in anno, scil. in festiuitatibus 25. d°

Pent.

Pent. Assumpt. B.M.V, omium sanctorum, et Nat. Dni; premissa confess. in Ecclia maiori Vtini possominam solemnem, quam teneantur audire, ante Altare habentes candelas accensas in manibus a principio usque ad finem Missę, reuerenter Euch. sumant, afferentes S. Off. fidem Confessarij, qui eorum confessionem excepit, et Sacerdotis pariter, à quo SS.mam Euch. susceperunt in termino dierum trium, et in Paschati, premissa confess. in Ecclia Parochiali Villę Nimis, Euch. sumant; fidem afferentes Confessarij, cui confessi fuerint, et R. Plebani, à quo Euch. susceperint in termino dierum octo. 2.o qd per annum semel in mense in die Veneris ieiunent, solo pane, et aqua contenti, missam audiant, et ex suis bonis in dictis diebus duos pauperes alere teneantur. 3.o qd per annum quolibet die sabbati ad Ecclias se conferant, flexisq. genibus ante Altare SS.mi Sacram.ti B. M. V coronam recitent. 4.o qd propter periurium, antequam relaxentur à carceribus, ex suis bonis pro fabrica Seminarij Aquil. libras quinquaginta insimul soluere teneantur. Quod si penitentias prefatas non adimpleuerint, contra eos per S. Off. procedetur. tanquam contra impenitentes. Extat huoi sent. in fine processus.

293 Romier Bridentinus Calcearius incola Villę Riuolto Dioc. defertur ad sanandas quasdam infirmitates, candela bened., signo Crucis, uerbisq. secretè prolatis uti. Aliud non apparet. 5. Junij. 1596.

294 Narcisa del Coni Vtin. Vxor Fran.ci del Reu è Villa Morsani Dioc. Aq. defertur, pocula superstitiosa mulieribus prebere, ut filios procreent, deinde feminas easdem, post suscepta pocula, obsessas appareri. Sed cum ex dictis earundem feminarum nil certi colligeretur, decernitur, ad ulteriora non procedendum. 7. d.ti

295. Joseph cognomento Beneto Vtin. J. V. D., propones hereticales protulisse defertur. coram Magnificis Deputatis Vtini, occasione uisitandi Concionatorem Ecclię maioris, qui hospitabatur apud Conuentuales, nimirum: Che non crede che S. Vincenzo, et altri Santi canonizati siano in Paradiso, eccetto gli Ap.li, hauendo la Chiesa potuto errar: Che l'huomo non hà libero arbitrio, essendo astretto, hora dalle cause, et hora dalla ragione à credere: Che l'anno anteced.te dicesse alc.e heresie leggendo publicam.te in una Academia; e che il Dottor Curtio Fresco loda publicamente le opinioni del sud.o D.r Beneto. Quę cum ad notitiam Sumi Pontificis tunc Clementis VIII, peruenissent, ipsius iussu scriptum fuit Ill.mo, et R.mo D. Patr. Aquil. Fran.co Barbaro, ut informationes super his iuridicas reciperet pro formatione processus. Auditis ergo testibus, ipse bis constituitur, et catholicè respondens, seq. remittens S. matri Ecclię, et S. Officio, decernitur, ipsummet nullam heresis suspicionem contraxisse ex sermone habito coram Mag.cis Deputatis. Veruntamen propter scandalum iubetur ei, ut in prox.o Nat. Dni Nri Jesu Xpi, premissa peccatorum suorum Confess., Euch. sumat, et per dies octo recitet psal. penit.les: deinde eidem inhibetur lectio Joannis Picchi Mirandulani et quod in posterum à disputationibus de rebus fidei abstineat, prestetq. iuram.tum de parendo mandatis S. Ecclię, et iurauit. Vide in fine processus. 9. d.ti

296. Simeon Cin Vtin. superstitiosis modis febribus, morboq. caduco medelam afferre intendit, Cruce signando infirmos, uel eorum uestimenta benedicendo, psal. penit., aliasq. orones recitando. Constitutus, errata fatetur: et ergo sub pena exc., et banni à toto Patriarcatu (ad arbitrium) inhibetur, ne in posterum superstitiones, aut precenta (siue incantationes) exercere ualeat, neq. medicamentum aliquod cuipiam infirmo prebere. Deinde eidem iubetur, ut in die Jouis prox.e futuro, premissa sacram.li Confess.e, de manibus sui Parochi Euch. sumat, et per dies quindecim psal. penit., flexis genibus, recitet, fidem afferendo huic S. Off. de confess.e, et Coione factis 30. d.ti

297. Fran.cus Polmet de Villaco (de quo supra n.o 207.) eo quod penitentias sibi ab hoc S. Off.o impositas sub die 10. Junij 1592., prout in ipsius sent., non integrè adimpleuit: uocatus, constituitur, et quas non adimpleuit penitentias fatetur, additq. causam ommissionis, se promptum 15. d.ti

promam simul exhibens easdem adimpleri, et alias etiam quascumque libuerit huic
S. Off.º eidem iniungere, seu superimponere. Attenta igitur ipsius prompta uoluntate,
iubetur penitentias ommissas, precipue quo ad Confessiones, et Comm.ones adimpleri, et at-
testationem S. Off.º deferre.

298. Antonia uxor a Utini habitans in porta Cusignacci uocatur uti suspecta quod infirmos presentet, 21. Junij 1596.
signoque crucis eos benedicat, ut eis sanitatem conferat, et interrogata, ait, se modò nihil
horum facere, que tamen olim facere consueuerat. Itaque sub pena fustigationis eidem
inhibetur, ne deinceps superstitiones faciat, aut infirmos signet, seu benedicat, prout iura-
mento ab his abstinere promisit.

299 Joannes Bapta nuncupatus: Il Piouano da Udine faberferrarius sponte se accusat, ad instan- 24. d.º
tiam Dorotheę Uxoris Alexandri Rogati Utini tres clauos fecisse cum inuocat. demonis,
scil. in ignem eos mittendo, ab igne extrahendo, malleo cudendo, hęc uerba proferendo. in
nome del diauolo. Ad instantiam similiter Dominicę filię Jo. Baptę cognomento Patria suto-
ris tres alios clauos fecisse ritu diabolico, quo supra. Absoluitur, et penitentiatur. Domini-
ca uerò immed.e sequenti uocatur, et constituitur, deinde monetur, ne similia in posterum
operetur, sed uoluntati Dei suam studeat subijcere uoluntatem.

300. Daniel Buiatus è Villa S. Joannis de Casarsa Conc. Dioc. dixisse defertur: Che Xpo, ouero Id- 8. Julij
dio habbi da diuentare un diauolo: Che non crede, che Dio s'impacci delle cose di q.o mon-
do, ma che li tempi produeano da se pioggie, uenti, et altro. Auditis testibus, ipse quoque
duplici constituto auditus: in primo sibi opposita negat; in secundo se excusando fate-
tur dixisse: Deum curam huius mundi non habere, et ueniam petit. Attenta itaque
ipsius ignorantia, et rusticitate, iubetur abiurare de leui, deinde penitentiatur. p.o
ut in proxima Dom.ca coram R. Parocho eiusdem Villę pred.e confiteatur, et à principio Missę usque
ad finem, genibus flexis stet ante Altare cum candela accensa in manibus unius li-
brę, completa uerò Missa, Euch. sumat, candelam Altari offerat, et fidem sui Plebani
huius obedientię S. Off.º deferat. 2.º quod per annos tres ter in anno, scil. in Paschate, Pent.
et Nat. Dni, premissa peccatorum suorum confess. Euch. sumat, singulisque annis horum fidem
afferat S. Officio. 3.º quod per annum singulis diebus Dominicis ante Altare SS.mę Euch.,
flexis genibus B. M. V. coronam recitet. Lata fuit hęc sent. die 17. 7bris 1596., et habetur
in lib. C. pag. 76.

301. Bapta Corgnoli è Villa Buię Aq. Dioc. defertur dixisse: quod cum die quadam sacramentalem fecis- 17. Aug.
set suorum peccatorum Confessionem, uolebat absolui à Confess. à culpa simul, et à pena, aliàs
firmiter credebat in hoc omnino decipi. Constitutus, suum fatetur errorem, et humiliter flexis ge-
nibus, ueniam petit. Penitentiatur itaque. Primò, ut in die Nat. Dni confiteatur, et Euch.
sumat fidem S. Off.º deferens: deinde quattuor diebus Dominicis, flexis genibus ante Altare
SS.mę Euch. B. M. V. coronam recitet.
Stefanus suprad. Baptę frater prefatam teneri sententiam defertur. Constitutus, suum fatetur
errorem, et ueniam petit. Jubetur, semel confiteri, et Euch. sumere

302. Joannes Ricius Gentilinus è Portu Gruario defertur, semel dixisse: Summum Pontificem 13. 7bris
non posse liberare animas à penis Purgatorij; e che non darebbe un soldo per cinquanta ui-
gilie, che si fanno per li Morti. Habitis testium depositionibus, ipse duplici constituto audi-
tur, catholiceque ad interrogata respondet; eidem nihilominus inhibetur, ne de rebus fidei,
aut ordinationibus factis à S. Romana Ecclia audeat in posterum loqui, et quod ad omnem
S. Officij requisitionem se presentare debeat sub pena exc., et dimittitur.

303 Presb. Joannes Ricca, seu de Cerbellinis è Castro Montis Carotti Esinę Dioc. Prouin-
cię

ciæ Marchiæ, Pro Vicarius in Castro S. Viti Diœc. Conc. defertur, hæreticales blasphemias proferre 23. 7bris
contra Deum, eiusq; sanctiss. matrem: Publicè ludere cum Abrahamo Judęo: citer haberi pro Apostata 1596
tata alicuius Religionis: Missam celebrare, et habere falsas Bullas pro sacerditio, quod administrat:
trat: Bannitum esse, et meretricem apud se retinere. Auditis testibus, ipsoq; pluriès constituto,
tuto, negat sibi opposita, facit suas defensiones, et probat iuridicè se à pueritia habitum clericalem
calem gestasse, et esse Presbiterum secularem. Damnatur ergo ad abiurandum de levi; deinde
pœnitentiatur: 1°. inhibendo ei ludos quoscunque: 2°. per menses quatuor suspenditur à celebrat.
lebrat. missæ, et administrat. sacramentorum: 3°. iubetur, per annos tres quotidie flexis genibus
psal. pœnit. cum litanijs, precibus, et orationibus sequentibus recitare 4°. per idem tempus quolibet die
sabbati, flexis genibus B. M. V. Coronam recitare, et qualibet feria secunda Vesperas cum noctur-
no, et laudibus defunctorum pro animabus Purgatorij pariter recitare: 5°. per annum qualibet feria sexta ieiunare.
lata fuit suprad. sent. die 13. Octob. 1596. prout habetur in lib. 2. pag. 812.

304. Presb. Joannes Romanus Curatus et oriundus in Villa Rauisi Carneæ, Aq. Diœc. defertur, licentiam dedisse 26. d.
— pulsandi campanas Ecclesiæ S. Mariæ Pontabiæ Venetæ in morte Michaelis Zanus hæretici, et
in hæretica prauitate in Pontabia Germanica mortui. Auditis testibus, ipse quoque auditur,
et in 1°. constituto sibi obiecta negat, seq; excusat; in secundo uerò errata fatetur, et ueniam
petit. Declaratur, nullam hæresim suspicionem incurrisse, pœnitentiatur tamen 1°. quod in
qualibet feria quarta, et sexta mensis februarij proxime futuri ieiunet solo pane, et aqua
contentus, ijsdemq; diebus, flexis genibus ante Altare Ss. Sacramenti psal. pœnit. cum le-
tanijs, precibus et orationibus sequentibus recitet. 2°. quod in qualibet feria secunda eiusdem
mensis totum Off. defunctorum recitet pro animabus Purgatorij: 3°. quod iuramentum præstet
de parendo mandatis S. Ecclesiæ, et in posterum supradicta, uel similia non committere

305. Bernardus Micossius de Pontabia Veneta, cum die quadam Curatus Ecclesiæ d. Loci uerteret se 9. 8bris
ad populum {habens in manibus Pixidem cum Ss. Euch. sacramento, quod uni infirmo ministra-
uerat, et ad Ecclesiam reportauerat, ut populo astanti de more benediceret} defertur, sur-
rexisse de loco, ubi genuflexus iacebat, terga uertit Ss.mo Sacramento, capiti suo biretum
imposuit et exiuit de templo, non sine magno populi scandalo. Auditis testibus, ci-
tatur, constituitur, negatq; id fecisse modo sibi obiecto, idq; inaduertenter, quia scilicet
tunc temporis uidit in Ecclesia quendam suum Cugnatum, erga quem liuorem conseruabat,
surgensq; de loco, in quo iacebat, nihil penitus cogitans de Ss.mo Sacramento, exiuit ab
Ecclesia. Itaque ad tollendum scandalum, pœnitentiatur; 1°. quod in prima Dominica fu-
turæ Quad., præmissa coram R. Curato Pontabiæ Venetæ peccatorum suorum confess., Euch. de
manibus eiusdem sumat, et eodem die, post Offertorium Missæ, duo intortitia ceræ al-
bæ ponderis librarum quattuor pro singulo, Altari Ss. Sacramenti offerat, et per mensem quali-
bet feria sexta psal. pœnit. recitet, deq; prædictis fidem R. Plebani huius S. Off. deferat

306. Presb. Daniel Ciuidinus Vicarius Curatus Villæ Miretto de Comba Aq. Diœc. defertur in quodam 20. 9bris.
Conuiuio quæstionem proposuisse de Misericordia, et Omnipotentia Dei, et dixisse, in Deo
non esse Misericordiam, neq; Omnipotentiam. Auditis testibus, ipse quoque duplici constituto
auditur: et in primo quidem negatiuè ad interrogata respondet; in secundo uerò se
declarat dicens, se fuisse locutum de Misericordia Dei ethimologicè, seu secundum
ethimologiam nominis, non causaliter, seu secundum effectus misericordiæ, qui quidem
uerè sunt in Deo. Itaq; inhibetur ei, ne de cætero sermonem habeat de rebus Fidei, ubi
apud aliquos possit oriri scandalum: deinde pœnitentiatur. Quod qualibet feria
sexta mensis Februarij proxime futuri flexis genibus recitet psal. pœnit. cum litanijs
sequentibus, ijsdemq; diebus ieiunet, et iurauit parere mandatis. Vide hanc sent. in
fine processus.

307. Dominicus, et Alexander fratres Cordazzi è Villa Stauana Aq. Diœc. processantur 21. Jan.ij
per 1597.

per Clariss. D. Petrum Balbi Potestatem Canicę: Quod cum d.° Dom.mo grauiter insinuarets., Alexander ipsius frater functus sit officio {at uerius dicam} abusus sit Off.° sacerdotis erga ipsum confessandolo, è coicandolo con una fetta di sauone, et ungendolo con oglio coe nelle parti soliti ungersi da sacerdoti, quando amministrano l'Estrema Untione. Quibus ad notitiam S. Off. delatis, scriptę fuerunt literę eidem Clariss. D. Pot., ut processum iam confectum, uel eius saltem copiam mitteret S. Officio. Recepta itaque copia d.ti processus decernitz., non esse procedendum.

308. Gregorius Donano è Villa Comogliano in Carnea defertz. quadam die dum esset in domo sua in qua et plures erant Presbiteri {è quibus nonnulli cum illo lęti erant ex uino} uni eorum, cui nomen Dominicus, hęc uerba dixisse: Voi dati troppo scandalo, et anco à uostri Maggiori. Voi seti causa d'heresie. Jo credo, se mi confessasi da uoi, che per la ura uita troppo scandalosa, io riputarei la confess.e nulla, e di nissun ualore. Testibus auditis, ex eorum dictis colligitz. suprad.m Gregorium uerba illa dixisse, cum esset lętus à uino, ceterum ipsum esse bonum Xpianum, et bonę famę. Quapropter mittunts. literę R. Archidiacono Carnę, ut eo ad se accersito, eundemmet secretò moneat ab huoi sermonibus abstinere — 14. Feb 1597

309 Flaminius de Rubeis J.V.D. Vtin. spontè se accusat de retention. et lection. librorum prohibitorum. Absolutz. additisq. salut. pęnit., dimititur. — 28. d.°

310. Leo de Valle Bargalia è loco Vallar, eiusq. uxor Barbara Rhęti {Grisoni popoli di Germania} et Valentinus eiusdem Nationis è partibus dictis, à Angelina denunciantz. uti heretici, contra quos non proceditz., quia Leo cum ipsius uxore morantz. Venetijs, Valentinus nescitur, ubi reperiatur, et eorum libertati non derogatz., nisi loquantz. aut aliquid contra fidem Catholicam molliantur. — 26. Aplis

311. Petrus Asquinus de Consortibus è Villa Jaganeę Aq. Dioc. denunciatz. uti de heresi suspectus: quod scil. annis decem, et ultra annuam Confess. et Coionem ommiserit: quod nunquam, aut rarò ad Ecc.liam se conferat Missam auditurus, et quod per plures annos tpe Quad.me carnes, oua, et lacticinia comederit absque licentia, et extra necessitatem. Auditis testibus, ipse quoque auditz., et quidem aliquando se excusat nonnunquam errata fatetur, ideoq. damnatz. ad abiurandum de leui, deinde pęnitentiatz. p.°, quod in tertia Dom.ca currentis mensis Octobris confiteatz. et in Ecc.lia maiori Vtini Euch. sumat, afferatq. S. Off.° fidem confess.to et Coionis. 2.°, quod in Nat. Dni., eiusq. Resurr.one confiteatz., et in Ecc.lia Parochiali Jaganeę Euch. sumat, afferatq. fidem R. Curati. 3.°, quod per annos quinque in Paschat. Pent., Assumpt. B. M. V., et Nat. Dni confiteatz., et Euch. sumat, ac per singulos annos horum fidem afferat S. Officio. 4.°, quod per annos duos, preter dies solemnes et festiuos, feria quarta, sexta, et sabbato Missam audiat, precipuè in Ecc.lia Parochiali Jaganeę, cum in d.° loco presens fuerit. 5.°, quod per annos tres qualibet feria sexta in aliqua Ecc.lia, flexis genibus {non tamen eo tpore, quo celebratz. Missa} psal. pęnit. cum litanijs, precibus, et oronibus sequentibus recitare debeat, et in diebus sabbati dictorum trium annorum B. M. V. coronam pariter recitare teneatur. 6.°, quod per duos annos qualibet feria sexta ieiunet. 7.°, quod in termino duorum mensium ex suis bonis det quinquaginta libras cerę albę pro usu Ecc.lię Jaganeę, deferatq. fidem S. Off.° de hac adimpleta obedientia. Lata fuit prefata sent. die 31. Octob. 1597. prout in lib. B. pag. 183. — 20. maij

312. Jurius Taygher Teutonicus incola Villę Risiutę Aq. Dioc. defertz. oua et caseum comedere tpe Quad. aliisq. diebus uetitis ab Ecc.lia, et Missam rarò audire. Habitis testium depositionibus, citatur ad comparendum in termino dierum decem; cum uerò comparere renueret iubetz. capturari. Aliud non apparet. — 2. Junij

313. Florianus Calise è Villa Pouolaro Carnię defertz., in Vig. S. Jo. Bapte comedisse lac. Audito unico — 17. July

unico testi de uisu, inuenitz ipsius uxorem, cui nomen Sabbata, eodem die carnem comedisse. Decernitz ad ulteriora procedendum; propterea aliud non apparet

314. Joseph Selett è Carnea Capitaneus in Loco Melo, reprehensus à suo Parocho, quod in die festo ad Vesperas non iuisset, respondisse defertur: Che nisun huomo da bene andaua al Vespero. Cumq; ex depositionibus eiusdemmet deferentis habeatz, d.^m^ Josephu catholicam uitam ducere, et ad Officia diuina pergere cum alijs suprad. loci, siletur. 28 Julij 1597

315. Jacobus Crottus Cremensis incola S. Jo. Casarsę Conc. Dioc. defertz, occasione cuiusdam sui debiti ex pecunia pluriès dixisse: Che ne anco X.po poteua saper quanto fosse il suo debito, perche esso non haueua ancora fatti li conti. Habito unius testis dicto, decernitz ad ulteriora procedendum: deinde in mense Octob. 1598. alij examinantz testes, qui et sunt contestes: ipse etiam constituitz, et negatiuus apparet. Datz eidem indiciorum copia, dataq; ab eo fideiussion. in domum suam reuertitur; denique sub die 8. Aug. 1599. duo capitula pro sui defens. proponit, hisq; duobus testibus probatis, siletur. 16. 8bris.

316. Martinus Duriauich Caupo in Loco B. M. V. de Monte oriundus è Villa Srebilis districtus Ciuidati Aq. Dioc. (de quo n.° 175. 76. 77.) defertz furtò abstulisse oleum lampadis ardentis ante Imaginem B. M. V. de Monte dicens: Melius esse illud comedere cibos condiendo, quàm sinere illud idem ante stipitem illum (Imaginem scil. B. M. V.) ardere: Cuidam opem eiusdem B. V. imploranti dixisse: Quid Sanctę Marię opem imploras? Sibi minus ipsa opitulari potest, quàm Vxor mea: Vxor quippe mea plus tibi auxilij esse potest, quà Sancta Maria. Quid enim fuit illa, nisi fęmina quędam? Comedisse insuper cu nonnullis alijs post mediam noctem diei Jouis iecur bouis furtò sublati, et in ipsius domo ab ipsomet mactati. Cuiusdam Viri fugam procurass, quia magna de eo scelera se scire dicebat, ne aduersus ipsu illa deponeret examinatus in S. Officio. Alios item rogasse, quos existimabat contra ipsum examinandos in eodem S. Off.° ne contra ipsummet deponere uellent. Auditis testibus, è quoru habetz pro conuicto, ipse quoque pluriès auditur: cumq; semper in negatiuis pertinax deprehendatz, torturatz, et in tortura nihil fatetur. De Jure tamen repertus culpabilis, et punibilis, iubetz abiurare de leui comestionem iecoris, seu ciboru uetitoru ab Eccl.ia in die Veneris. Deinde pęnitentiatur: p.° ut currenti anno, in festo S. Marię Magdalenę, in festo Assumpt. B. M. V. et in Nat. eiusdem, pręmissa suoru peccatoru confess. Euch. sumat in Insigni Collegiata Ciuit. Fori Julij. 2.°, intra sex menses bis uisitare debeat Eccl.iam B. M. Saleani, horumq; fidem S. Off. deferre. 3.° per annu integru singulis diebus Veneris B. M. V. corona recitare teneatur. Lata fuit huiu sent. die ult. Junij 1600. et legitz in calce processus 16. Xbris.

317. Antonius Baldentinus ouum comedisse defertz in Vig. S. Andreę Ap.li, et corripienti illu respondisse: Che hò da far io della Vigilia? fauela uoi. Aliud non apparet 27. Feb. 1598.

318. Principalis de Principalibus Veronensis existens in Villa Palmatę duas ampullas Olei sancti semiplenas pro suę exonerat. conscię dat, et consignat R. Presb. Nicolo Capellano Hospitalis suprad.^ti^ Loci Aq. Dioc. (tunc Arx erat, modò simplex Pagus seu Villa, iuxta quam constructa est Arx magna, quę uocatz Palma) cumq; in Hospitali eodem ipsemet Principalis militię adscriptus infirmaretur, ibidem sanus mente constitutus fuit, et interrogatus: Quonam modo oleum illud ad ipsius manus peruenisset? Resp. Illud secretò abstulisse de domo cuiusda Catharinę Zamberlanę ipsius olim Concubinę: ipsa enim pluriès eidem Principali dixerat, oleum idem sibi datu fuiss à quodam Fratre, sed cuius esset Instituti nec illa dixit, nec iste scire 29. Martij.

scire curauit, tantummodo bono fine abstulit, et R. Capellano præd. consignauit.

319. Julius Capellarius, de quo n. 120. et 290 defertr. superstitiosas artes sibi omno ab hoc 2. Off vetitas sub pœnis, prout in ipsius sent., exercere ad sanandas infirmitates, ad inueniendos thesauros et ad liberandos maleficiatos. Auditis testibus, carceratr., constituitr., et partim ex sibi obiectis negat, partim fatetur. Deprehensus ergo ex suismet responsis vere culpabilis, ac de iure punibilis, decernitr., ipsum incurrisse pœnas sibi cominatas in sent., eisdemq. subiacere debere: mitius tamen agendo, eidem comitantr., et mitigantur. Itaque pro erratorum pœna, et in aliorum exemplum damnatr., et pœnitentiatur. Primo, ut publice fune torqueatr., tres squassus sustinendo. 2°. ut per annos duos sex uicibus in anno confiteatr., et Euch. sumat in Ecclia S. Fran. interioris, et non alibi, nisi de licentia in scriptis obtinenda à P. Inq., literasq. testimoniales singulis uicibus S. Off. deferat. 3° confirmantr. in oibus, et per oia respectiue præcedentes sent. contra eum latr. quibus contraueniendo damnatr. ad triremes per integrum triennium: quod si inhabilis dignoscatr., damnatr. ad carcerem per quinquennium. Lata fuit præfata sent. die ij. Aug. 1600., prout in eodem processu. Tormentum autem funis sustinuit die 4. 7bris eiusdem anni, prout legitr. sub eadem sententia. 4. Aplis 1598

320. Joannes Joramitus de modio Aq. Dioec. defertr., caseum comedisse tpe Quad. et alios ad idem inuitasse cum scandalo. Auditis testibus, siletur. 28. dto

321. Varistus Tridentinus, oua comedisse defertr. in die sabbati sancti. Decernitr. esse constituendum, et expediendum. Præterea aliud non apparet. 16. maij

322. Martini Buriauich, de quo supra n°. 316. exemplum defensionum ex processu aduersus eum confecto: quod quidem exemplum consignatum fuit S. Off. die 9. Junij. 9. Junij

323. Agnes rel. q. Leonardi de Villa Caniza {Canena} Aq. Dioec. denunciatr. uti sortilega, et malefica, contra quam cum per iudicium Tolmetij confectus fuisset processus, suspenditr. actis S. Officij. donec habeatr. d° processus. Aliud non apparet. 10. dto

324. Paulus natione Germanus incola Venzoni Aq. Dioec. defertr. è Cœmeterio Ecclæ d. loci os unum accepisse, illudq. capillo ligasse et sub terra reposuisse, idq. fecisse putatur, ut in sui amorem fœminam quandam traheret. Aliud non apparet. 12. dto

325. Marina Buzzula Ciuitatensis denunciatur uti malefica. 15. dto

326. Dominica rel. q. Simonis de Viduis è Villa Cerneglani Aq. Dioec. sponte se accusat ob sortilegium ad ipsius instantiam perpetratum à Josepha Zotta Vtin. gratia restituendæ sanitatis ipsiusmet comparentis paruulo filio grauiter ægrotanti, qui tamen mortuus est. 27. dto

327. Maria dicta: la Calda de Azzano Aq. Dioec. defertr. maleficijs, et superstitionibus incumbere, cõiterq. haberi pro lamia: dum ergo incipitr. processus à ratificate denunciationis, refert denuncians, se eodem die uocatum fuisse, ut oleum sanctum deferret eidem Mariæ ægrotanti, eamq. mortuam inuenisse. 3. July

328. Siluius Rosi de Tolmezo Aq. Dioec. defertr., sanctissimam Euch. bis sumpsisse cum adhuc esset inimicus ipsimet denuncianti; et pluries etiam dixisse: Che se Xpo uenisse, e gli parlasse di pace promettendogli il Paradiso, più tosto uorrebbe andar all' inferno in corpo, et in aia, che far la pace, et andar in Paradiso. Decernitr., supersedendum 16. dto

329. Euridica Vxor Angeli Corriero è Portu Naone inueniendi gratia ammissam, uel furto sublatam sui soceri magnam pecuniæ quantitatem sortilegium commisisse defertur, tribus adhibitis puellis, inspiciendo scil. ampullam aqua plenam cum adiuratione dæmonis, ipsum inuocando sequentibus uerbis: Angelo santo, Angelo bianco, per la tua santità, per la mia uerginità, dimmi il uero, dimmi la uerità: Doue sono i soldi del Corriero. Ob eandem 4. Aug

etiam

etiam causam sortilegium cribri commisisse defertur. cum adiuratione sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli sequentibus verbis: Per San Pietro. Per San Paolo, se i soldi del Corriero sono quà, và intorno, affirmans, id non esse peccatum eisdem puellis, quæ cum ipsa sortilegia præd.ta comiserunt. Denunciatione accepta, Euridica sponte se sistit coram P. Inq.re, errata fatetur, et veniam petit; hoc similiter fecerunt duæ ex tribus illis puellis (namque tertia non amplius morabatur Vtini) quæ cum ipsa deliquerunt, ut supra. Aliud non apparet.

330 Bap.ta Zuanitti è S. Daniele Aq. Dioc., unica blasphemia prolata contra Dei omnipotentiam, processatus per D. Capitaneum d.i loci, confectoque processu informativo, ac defensivo, damnatur ad soluendas libras centum parvulorum, cuius pecuniæ medietas applicatur pro eleemosina fabricæ Ecc.liæ S. Fran.ci eiusdem loci, et exemplum processus mittitur S. Officio. 6. Aug. 1598

331. Petrus Capellarus de Verzegnis, cum die quadam grandinaret, blasphemasse defertur his verbis: Credo, che Domenedio si lasci gouernar dal diauolo: et correptus subiunxisse: Mò pò far la Verg. Maria, non vedis tu, che ne mostra la robba, e poi la lascia tior dal diauolo, che puol più di lui. Cum item R. Plebanus eiusdem Villæ Oleum sanctum deferre intenderet cuidam ægrotanti, suprad.s Petrus dixit: Portar il gran diauolo, e non l'Oglio santo à quel tristo. Et occasione cuiusdam sermonis super danno illato à muribus, qui messes vastauerant, dixit: Ancor noi habbiamo un' Imag.e di S. Mauritio su un' Altare nella Chiesa nra, ma bisogna leuarla, e gittarla col diauolo in quella strada: super quibus auditis duobus testibus, siletur. 26. d.i

332 Iacoba Pittacola Vxor Philippi de Portu Naone defertur uti lamia ex superstitionibus, quas operatur. Auditis testibus, citatur, constituitur, negatque se unquam opera superstitiosa fecisse, imo opera similia penitus ignorare ait; finxisse tamen, huiusmodi opera facere ob sui paupertatem, ut scil. lucrum aliquod inde traheret; quare et erratorum veniam petit, et in posterum se nunquam talia perpetraturam promittit. Pœnitentiatur itaque p.o Vt in die Assumpt. B.M.V., in festo S. Bartholomæi Ap.li, et in die Natiuit. eiusdem B.mæ Virg., in Ecc.lia Parochiali Portus Naonis, genibus flexis, habens cereum album in manibus accensum, Missam maiorem audiat. 2.o per sex menses proxime futuros singulis diebus Veneris ieiunet. 3.o per annum integrum singulis diebus Veneris B.M.V. Coronam recitet. 4.o per annum pariter integrum ter confiteatur, et Euch. sumat, et attestationem R.R. Curatorum de præd.tis penitentijs adimpletis S. Off.o deferat. Deinde sub pœna fustigationis, et exilij per triennium à suprad.a Terra eidem inhibitum fuit, ne amplius similia crimina perpetrare audeat, et absoluta fuit in forma. Lata fuit præfata sent. die 30. Julij 1599., ipsaque iurauit de stando mandatis Ecc.liæ, prout in calce processus. De hac iterum n.o 535. 9. 7bris 1598.

333. Gabriel Marcellotus de Opitergo (Oderzo) Dioc. ætat. an. 19 sponte se sistit coram P. Inq.re, multisque cum lacrymis se accusat de veritate resurrectionis dubium habuisse, imo nonnunquam articulum istum non credidisse. Cumque d.s Iuuenis non integræ mentis esse videatur, ad abundantiorem cautelam, præcedenti suprad.ti erroris detestatione, et conuenienti monitione, absoluitur ab exc.e, et addita sal. penit. dimittitur. 8. 8bris.

334. Nicolaus Riccius è Villa Annoni (Danon) Conc. Dioc. dixisse defertur: Che dopo, che 29. d.i

che il Signore è asceso in Cielo, non s'impaccia più nelle cose di q.^to mondo, ma là lasciato il Papa suo Vic.^o, e lascia fare à Lui, idq; affirmat unicus testis ex officio assumptus, qui, et morti præuentum esse, ait, supradictum Nicolaum.

335. Laurentius Furia rusticus è Villa Palatzolo, dum R. Vic.^s dictæ Villæ in die Festo in Ecclesia ad implorandam Dei misericordiam, et clementiam B. M. V. litanias decantaret; ad uoces illas: Virgo ueneranda: Virgo prædicanda: respondisse defertur: Virgo buzzaranda; et similiter ad illas uoces: Regina Angelorum, pariter respondisse: Regina buzzarorum, et publicè obloqutum fuisse contra Jubileum dicens: Non esse tam magnam Indulgentiam, sicut dicunt Presbiteri. Decernitur, esse citandos testes, et procedendum ad formationem processus. Aliud non apparet. 28. 8bris 1598

336. Fran.^cus Verona de Portu Gr. Conc. Dioc. defertur, carnes comedere omni tempore. Constituitur ipsius famula, quæ ait, d.^m Fran.^cum omnibus quidem diebus carnes comedere, non tamen diebus Veneris, et sabbati. Aliud non apparet. die d.^a

337. Marcus Ant. Morellonum de Prata Conc. Dioc. defertur, carnes, ceterosq; uetitos cibos comedere diebus exceptis ab Ecclesia. Audito unico testi, ipsemet sponte comparet coram P. Inq.^re, et suos fatetur errores. Absoluitur, impositisq; eidem sal. penit. dimittitur. 27. 9bris

338. Antonia Vxor Fran.^sci Pirana è Portu Naone sponte se accusat, superstitiosa quædam fecisse ad sciendum, quinam ipsius futurus esset maritus, similiter et ad procreandos filios. cum uideretur sterilis esse: quas tamen superstitiones edidicisse, ait, à quadam Florentia relicta q. Gulielmi de Puia Portus Naonis. Absoluitur, additisq; sal. penit. dimittitur. 29. d.^a

339. Cornelia Russia è S. Daniele Aq. Dioc. sponte se accusat, duabus feminis reuelasse, quæ in hoc S. Off.^o tanquam testis deposuerat. Iterum ergo eidem silentium imponitur sub iuramento, et sub penis contra periuros latas, ac dimittitur. 27. d.^a

340. Martius Cesena à Portu Naon. retinuisse libros prohibitos se accusat, quos et S. Off.^o tradit, et ueniam petit. Absoluitur in forma, et iniuncta eidem sal. penit. dimittitur. 22. Xbris

341. Vignutus Filius rusticus è Castro Zoppola Conc. Dioc. dixisse defertur: Dum mo-citur equus, mori et aiam, et non esse peccatum decipere proximum. Habita depositione Vicarij Curati d.^ti loci, decernitur, non esse procedendum ad ulteriora. 2. Jan. 1599

342. Antonia rel. q. Valentini Boschiador de Meduna Conc. Dioc. defertur, superstitiose signare, et mederi infirmos. Aliud non apparet. 3. d.^a

343. Dominica Vxor Pauli Pratasco de Mortaliano Aq. Dioc. superstitiose infirmos mederi, eos scil. præentando, et filo per latum metiendo, uerba submissa uoce simul proferendo. Auditis tribus testibus, siletur. 8. Feb.

344. Joannes Petrus è Villa Cimetta Conetensis Dioc. defertur, quasdam infirmitates superstitiosis medicamentis curare. Auditis nonnullis testibus, siletur. 29. d.^a

345. Violantes Vxor Antonij Sauij è S. Daniele Aq. Dioc., ut affectum cuiusdam Viri inclinet erga Helenam Fiascariam eiusdem loci, quæ d.^o Viro nubere desiderat, quandam orationem superstitiosam in Ecclesia recitasse defertur. Virum illum simul eodem tempore aspiciendo. 14. Mar.

346. Joannes Candussius de Tarcento Aq. Dioc. sponte se accusat, in Vig. S. Matthei Ap.li uitio gulæ oua, et caseum comedisse. Absoluitur, et imposita sal. penit. dimittitur 20. d.^a

Fede-

347. Federicus Jordanus de Monte Jordano districtus Goritie defertur per epistolam, carnem comedere tempore Quadragesimae, aliaque grauia crimina cum magno populi scandalo comittere. Aliud non apparet 24 Martij 1599.

348. Angelica Sirussina sponte se accusat de silentio non integre seruato super his, de quibus tanquam testis interrogata fuit anno elapso, pandendo scil. nomen cuiusdam uiri, à quo medicamenta quaedam acceperat. Absoluta, et additis sal. penit., dimittitur. 29. dicti

349. Bapta Zuanitti è S. Daniele Aq. Dioe. processatur à Judicibus d. Loci, eo quod contra Dei ipsam oblocutus fuerit. Instat S. Officium, casum istum ad se pertinere, et testes examinat, reumque è carceribus sibi relaxatum conduit, decernit esse de iure culpabilem, et punibilem, atque ideo abiurare debere de leui, et penitentiari. Quoniam uero Forum saecularae intendit suum ferre iudicium aduersus d. Baptam, instat ipse, ne duplici pena afficiatur pro uno delicto. Itaque S. Off. scribit epistolam Judicibus supradictae Terre ostendens, delictum prefatum ad ipsos nullatenus pertinere posse, ideoque à sententia quaecunque contra dictum Baptam eos abstinere deberi iuxta Bullam Pape Julij III, que incipit: Licet à diuersis. Aliud non apparet. Bulla uero huiusmodi habetur in Directorio Inquisitorum inter Literas Apostolicas pro Officio Sanctae Inquisitionis, pag. 252. 8. Aprilis

350. David Candusius Caupo sponte se accusat, Lacticinia comedisse in die ieiunij ex inaduertentia; quia scil. ad suum hospitium reuertens, ibidem nonnullos hospites inuenit Lacticinia edentes, et ipse immemor ieiunij currentis cum ipsis Lacticinia comedit. Praeuia itaque monitione, iubetur iurare de stando praeceptis Ecclesie, et imposita eidem salut. penit., dimittitur die eadem

351. Narda / seu Bernarda / Milotta de Villa noua districtus Ciuit. Fori Julij denunciatur uti malefica, ouisque maleficijs multa grauia crimina perpetrare. Jam in carceribus mancipata Goritie, deferuntur ibidem indicia pro conficiendo processu ex mala fama precedenti contra ipsam: que quidem indicia huic S. Offo. pariter notificantur. Aliud non apparet. 12. dicti

352. Lucia Vxor Antonij Sosteris è S. Daniele Aq. Dioe. sponte se accusat de sortilegio cribri, alijsque experimentis superstitiosis adhibitis pro salute inducenda. Promittit in posterum ab his cauere, et praedictae sal. penit., dimittitur. 13. dicti

353. Vir quidam innominatus, claudus, coiter dictus: il stregon, è Villa Auiani Dioe. Conc. defertur, pueros infirmos superstitiose sanare, uel etiam eisdem necem aut supraviuentiam ab infirmitate predicere. Aliud non apparet. 14. dicti

354 Catharina Vxor Georgij è S. Daniele Conc. Dioe. defertur, maleficijs lac cenari fecisse cuidam Nutrici, minisque perterrita, lac eidem restituisse. Auditis Patre, et Matre pueri nati, eiusque Nutrice, siletur. 15. dicti

355. Sauorgnanus Sauorgnani, duobus ipsius amicis colloquentibus de difficultate quadragesimalis ieiunij seruandi, scil. ob paucitatem piscium, fertur dixisse: Jo mangiarò quaresima dei capponi, et altero eorum ipsum monenti, risisse. Cum item die quadam esset in Ecclesia sue Ville Martignaci, et R. Parochus populum monuisset, ne quis ieiunium quadragesimale frangeret absque licentia, hoc idem narranti sibi respondit se io non hauerò del pesce, mangiarò dei capponi; dicentique sibi, id non licere, addidit: Jo hò sempre inteso dire, che quello, che entra, non è peccò, ma quello, che esce, 17. dicti

Addit

Addit uerò Denuncians (alter ex duobus Sauorgnani amicis) à præfata comestione abstinuisse, idq; ex certa scia, quia scil. quot habuit ante Quadrag.ª cappones, tot habuit et in die Pascha.

356. Jacobus quidã cognomine et Patria ignotus, Vtini Culcitarij artem exercens defertur, 29. Aplis. quibusdã mulieribus nonnulla iam præterita enunciasse, et alia futura prædixisse, ex parte quidem ueraciter, ex parte uerò mendaciter. Aliud non apparet. 1599.

357. Valentinus Pasqualius Vtinẽ defertz. die quadã dixisse: sub spẽbus panis in Sacramº dic.dᵗᵃ Euch. esse tantùm Cpus, et sub spẽbus uini esse tm̃ sanguinem Christi.

358. Apollonia Vxor Lenardi de Valentinis è Villa Colloreti denunciatz., semel comisisse dic.dᵗ. sortilegium cribri ob causam furti.

359. Julius Sfortia Vtinenẽ ore proprio dixisse defertz. apud se habuisse librum scriptum dic.dᵗᵘ à Petro da Abano, quo et usus fuit, deinde igni combussit.

360. Vrsula Vxor Georgij del Moro de S. Martino apud Valuasone Dioc. Conc. defertz. sub 20. dᵗ lingua unius defuncti unũ solidũ S. Aloysij, uel S. Helenæ reponere uoluisse, sed prohibita fuit; cumq; sola esset iuxta cadauer eiusdem defuncti, in ipsius sinu inuolueru ex capillis, et unguibus abscondit, quod pariter ablatũ fuit, et in malam partem proiectum. Tandem Georgius dᵗᵉ Vrsulæ maritus in capsula, in qua cadauer recondi debebat, uirgam nuceam reposuit, et abijt, sed ablata fuit. Hæc habentur partim ex dictis Delatoris, deinde auctius ex deposit. matris defuncti, quæ præd.ᵗ ouũ [?] extitit testis de uisu. Tandem Vrsula ipsa comparet, errata fatetz., absoluitz. in forma, iuratq; in posterũ nunquã simila se comissurã, neq; alios docturam. Deest causa, ob quã sic egerit ipsa, eiusq; maritus.

361. Antonius scutellarius rusticus è Villa Arzenuti Conc. Dioc. quamplures blasphemias dic.dᵗᵃ hæreticales in Deũ, Bmam Virg; et Sanctos protulisse defertur, nimirum: potiorẽ se esse ipso Deo: Xp̃um Dnũ stultitiã egisse sinendo, se Cruci pro nobis affigi: Xp̃um pariter ex Virg.ⁿᵉ natũ minimè se credere, et consequenter, B. Mariã non fuisse Virginem, aliaq; de Dnõ Jesu Xp̃o imundissª, neffandissª, et spurcissª uerba inuerecundè, impièq; protulisse: Sanctos in Excelsis manere instar lignorũ, et esse mera ligna, et nihil aliud, semetipsũ eisdem præferendo. Quod terram arando, et colendo facit, terrã ipsã fruges producere, non uerò ipse Deus: Quod oblocutus sit de Sumõ Pontifice, de Episcopis, cæterisq; Prælatis, et Sacerdotibus S. Ecc.liæ. Testibus auditis, carceratz. pluries constituitz., at modò negat, modò se excusat, aliqũdo uerò sibi obiecta fatetur: producit suas defensiones, fugit è carcere, ad quem præcepto coactus reuertitur, et in tormentis constitutus, sibi opposita fatetz. eaq; è tormentis sublatus ratificat. Quare uti uehementer de hæretica prauitate suspectus, damnatur ad abiurandũ publicè in Ecc.lia Parochiali S. Andreæ in Terra Portus Gruarij. Deinde pœnitentiatur. Primò, ut tribus diebus festis, scil. die S. Valentini Martyris ad portã supradᵗ. Ecc.liæ, Domᵉᵃ uerò prima, ac tertia proximè futuræ Quadragᵐᵃ ad portã Ecc.liæ Parochialis Villæ Arzenuti stet cum cereo accenso in manu dum missa maior celebratur. 2º. ut per sex annos, singulis annis confiteatz. et Euch. sumat in Paschati, et Natiuit. Dñi, in Natiuitᵉ, et Assumptᵒⁿᵉ B. M. Virg. 3º. per quattuor annos, annuatim in aliqua Festiuitate B. M. V. Ecc.liam eiusdẽ Bmæ Virg. Cordubati erectã reuerenter uisitet. 4º. supradictaũ pœnitentiaũ

ut supra

ut supra, publicè agendam singulis annis Literas testimoniales Parochi ad
S. Off. deferat. S. per annos decem singulis diebus Veneris psal. penit. singulis vero die-
bus sabbati B. M. V. coronam recitet. Lata fuit prefata sent. die 14. Feb. 1601. et habetur
in lib. 2. pag. 90.

362. Georgius q. Martini Juri è Villa Cornu Abbatie Rosacensis sponte se accusat, carnes 21. Aplis
comedisse duobus annis, exceptis diebus sabbati, et Vigiliarum (quorum recordabatur) 1599.
in domo Michaelis Riemer Luterani in Carinthia, causa ibidem ediscendi linguam
Theutonicam: quo tpore preceptum annue Confessionis, et Coionis non impleuit: ad-
dens, in Italia nemini esse nota huius sua peccata, nisi Confessario, cuius ius-
su ad S. Off. se contulit. Itaque absoluitur, et sal. penit. eidem iniunguntur;
iurat stare mandatis S. Ecclie, eique inhibetur, ne amplius extra Italiam,
siue ad loca hereticorum se conferat absque licentia huius S. Officij.

363. Antonia dicta: La Cappona, rel. q. Antonij Paulani à Ceruignano Aq. Dioc.;
fama precedenti, quod superstitiosis rebus, et fascinationibus utatur circa in- die d.ta
firmos ad effectum sanandi illos, cõiterque uocetur: La strega di Ceruignano, su-
muntur testes ex officio contra ipsam. Excipiuntur etiam è Villa Scodeuacca duo Com-
parentes missi contra illam: alij item duo è Villa Prateolis, qui et constuta quorun-
dam testium deferunt contra eandem. Ipsa autem sponte se sistit coram S. Off.o,
errata confitetur suam inopiam incusando, et aliquando sibi opposita negando. Qua-
propter, inspecta sua ipsius uoluntaria presentatione, dimittitur, eidem precipiendo, ab
Utino ne discedat absque licentia in scriptis obtinenda ab hoc S. Off.o sub pena
excois late sent.e, et conuicti criminis: Hec autem statuta fuere die eadem, qua
ipsa sponte comparuit, scil. 28. Aplis eiusdem anni, die vero 30. Junij pa-
riter d.ti anni dimittitur, ut recta uia ad Villam Scodeuacca se conferat, ibique ma-
neat, donec aliud huic S. Off. expedire uidebitur. Eidem quoque precipitur ma-
nere intra districtum d.te Ville per duo milliaria, tamen sub dominio Veneto, et ne
audeat morbis mederi, neque precantare, aut superstitiosum quidpiam exercere
sub pena excois late sent.e, conuicti criminis, et contumacie. Habentur hec sta-
tuta in calce processus.

364. Alphonsus Jaculius q. Josephi de Venzono Aq. Dioc. sponte se accusat, ad repellen- 23. d.te
dum dolorem capitis uocasse quandam mulierem, cuius nomen, et agnomen igno-
rat, à qua circa ipsum superstitiosa quedam facta fuere.

365. Matthias Piscutta rusticus Ville Albazzane non multum longè à Villa noua dis- die d.ta
trictus Aquile denunciatur uti blasphemus, et precipuè, occasione suspicati furti di-
xisse: se Domenedio fosse da un canto, et il diauolo dall'altro, il diauolo mi po-
trebbe far credere, che non fosse stato il Monaco, ma non Domenedio: cumque ex
dictis testium prefata opposita non plenè probentur, et Denuncians ex dictis alio-
rum deponat, siletur.

366. Matthaeus Cerchiarius è Villa Vallentico Dioc. Conc. defertur, obloquutum fuisse di Summo 24. d.ti
Pontifice, de Cardinalibus, Episcopis, et reliquis S. R. E. Religiosis dicens: Che haue-
rebbe uoluto hauere in una Caraffa di uetro il somo Pontefice, tutti li Card.li, Prelati,
e tutti li Religiosi di S. Chiesa, e due Preti alla cintola, e con un martello rom-
pergli gli ossi, li nerui e tutta la uita, poi con li due Preti alla cintola an-
darsi ad annegar nel fiume, acciò si perdesse questa Chiericaria: inuitatus vero
ab

ab amico, ut secum ad audiendam Missam in Villa Villotte se conferret, respondisse: sia malede. La mesa, chi la dice, chi la dirà, e chi fu mai prigio di dirla, e la prima, che fu mai detta. Denique cuidam pistori ad terram lapso Deum in auxilium sibimet deprecanti dixisse: Tacci, disgratiato, non nominar, ne chiamar Dio in tuo aiuto, e non t'impazzar con eso; ma chiama il diauolo, ch'esso t'aiutarà. Super quibus auditis testibus, sed non probantibus, ad ulter. non proceditur.

367. Hieronimus de Michaelis de Venzono Aq. Dioe. famulus Bernardi Columbi Cauponis in terra Sacilli Conc. Dioe. sponte se sistis coram S. Off., seq. dicens fuisse, fuit à d.o Bernardo in partibus Germaniæ, ubi Villaci, et alibi in locis hæreticorum cum eodem mansit p integram Quad. comedens ex necessitate cibos uetitos, quia scil. cibi congruentes tpori non dabant. illi diebus Veneris, et Sabbi exceptis. Absoluitur, et additis salut. pænit. monetur, ne amplius ad loca hæreticorum se conferat absque licentia S. Officij, quod quidem se seruaturum promisit sub iuramento. — 27. Aplis 1599

Violantes (de qua n.o 345) et Stella ipsius filia de Sacijs à S. Daniele deferuntur, dixisse se habere secretum, illudq. alijs coicasse ad expellendos cimices, et pulices in die Sabbati Sancti dum pulsant. campanæ ad hymnum: Glo. in ex. Deo. Audiunt. testes, deinde siletur. Hanc ipsam denunciationem datam 28. die Aprilis anni prenotati post multum tporis extra ordinem reperi, et ne seriem Actuum S. officij confunderem, eandem suprad. processui adieci.

Bernardus Columbus predictus simili sponte comparet, sub die 4. Maij. seq. accusat carnes comedisse sicut Hieronimus ipsius famulus. Absoluitur, et eidem iniunctis pænit. sal. monetur sicut Hieronimus. De Bernardo iterum infra n.o 518.

368. Jacoba uxor Arsenij è Villa Settimi incola Villæ Caonis (Chions) Dioe. Conc. denunciatur, sortem misisse in fabis, et sortilegium cribri iterasse inueniendi gratia res perditas, uel furto ablatas; et monita à Parocho, ut ab his abstineret, respondisse, supranotata non esse peccata, sed dona Dei. Monita ab eodem, ne ad sacram Coionem accederet in die Paschæ, nisi ab his absoluta, temerè accessit, et Eucharist. sumpsit. Testes stant contra ipsam, quæ bis constituta, primò sibi obiecta negat; deinde illa perpetrasse fatetur sed iussa à marito, et propter inopiam. Pænitentiatur itaque primò: Ut in die Dominico stet in Ecclia Parochiali Annoni dum Missa celebrat. flexis genibus cum candela bened. in manibus accensa, et in Dominica sequenti eodem modo, ac tempore stet in Ecclia Parochiali Caonis. 2.o B. M. Virg. Coronam ter recitare iubet. deinde absoluitur, et dimittitur. Vide in fine processus. — 2. Maij.

369. Mansia q. Laurentij de Azzano Concord. Dioe. defert. uti suspecta de maleficijs, ne pote, quæ ore prop. dixerit, se cognoscere matrimonia an secutura, uel non (quod et docuit) et artem habere uidendi dæmonia. Audito unico teste comprobante, siletur. — 3. d.i

370. Sergia Nicolai ex Consortibus Spilimbergi (Concord. Dioe.) filia; et Alba Pompeij Riccarij è Portu Naone (eiusdem Dioe.) filia, pro inueniendo argenteo cocleari ammisso uocant Tranquillam de Albertis, quæ sortilegium facit, et coclear inuenit. post armarium, siue credentiam. Illæ itaque pænitentiantur, absoluunt. et monent. ut ab his in posterum oino caueant. — 7. d.i

371.

371. Petrus Cesena q. Jo. Baptę à Portu Naonis spontè se accusat, non semel sortilegium fecisse ad amorem, et ad cogendas fęminas, ut cadant in turpem pollutionem, fixis oculis illas inspiciendo, et simul quædam uerba proferendo. Absoluitur, additisq. sal. pen. iurat, similia in posterum nunquam se facturum, nec quempiam edocturum. 7. Maij 1599.

372. Santina Vxor Jo. Antonij Monaci à Portu Naonis spontè se accusat, personaliter interfuisse, ac etiam operam dedisse quibusdam sortilegijs pro inueniendis margaritis et ad sciendum, quinam futurus esset ipsius sponsus. Absoluitur, et additis eidem sal. pen. iurat, se in posterum similia non patraturam 10. d.

373. Jo. Bapta Brignoni Not. Vtini delatus. habere apud se codicem scriptum multis fascinationibus, et oratione quadam superstitiosa cum rubrica pro ipsius usu ad acquirendas scientias, eamq. experiri uoluisse in filio suo Leonardo, qui eiusdem orationis copiam pretio librarum octo tradidit Nicolao cognomento Polaco Clerico Vtinensi. His habitis, domus Jo. Baptę perquiritur, Libri omnes, et scripturę inuentariantur; deinde carceratur, postea, prævia fideiussione ducat. 200. de se præsentando S. Off. toties quoties, relaxatur. Interim fr. Innocentius Florinus Patauinus Ord. S. Augni sponte coram S. Off. se sistit, eo quod timeat, se esse denunciatum, et inter alia, quę aduersus semetipsum deponit, ait, die quadam sibi traditum fuisse librum quendam scriptum à præd. Jo. Bapta Brignoni, ut uideret: An quid mali in illo contineretur, deinde abijt in Villam. Cumq. reuersus fuisset Vtinum, adijt suprad. frem Innocentium pro responso super qualitate Libri; cui dixit, librum illum multa superstitiosa habere, quapropter bonum existimabat flammis eum tradere ad comburendum, quod et factum fuisse addidit, ipso præsente in domo eiusdem Jo. Baptę Brignoni. Auditis testibus, constituitur Leonardus filius d. Jo. Baptistę, et principale sibi obiectum negat, cuiusdam scil. tradidisse copiam superstitiosę orationis, de qua supra, et eo minus pro eadem pretium accepisse, aut Patrem suum experimentum attentare uoluisse d. orationis in ipsomet eius filio Leonardo, qui Loco carceris sequestratur in monasterio S. Lucię, eiq. defensiones offeruntur, et inditiorum copia simul traditur. Constitutus ipsius Pater, fatetur, d. orationem inuenisse in quadam capsula unius hospitis, eamq. retinuisse, ignorans, quid mali siue superstitiosi eandem in se haberet. Negat, se experimentum attentare uoluisse d. orationis in Leonardo ipsius filio. Negat etiam, ex multis superstitiosis secretis in suis scriptis repertis, se unquam illa, uel eorum quodcunque expertum fuisse; imò se ignorasse addit, esse superstitiosa, eiq. defensiones offeruntur, et inditiorum copia simul traditur. Ipse ergò in carcere existens mittit scripturam, in qua se pluries cogitasse, et recogitasse, ait, an suprad. orationis experimentum facere uoluerit in suo ipsiusmet filio Leonardo, nec unquam id memorię sibi occurrisse: tamen si legitimè id constet in processu, ueniam humiliter petit. Leonardus similiter è monast. S. Lucię mittit scripturam, in qua, se tradidisse fatetur copiam orationis præd.; idq. ignoranter fecisse, ait, cum sit Juuenis ętatis, et inexpertus. Quoniam uerò è d. monast. facultate non obtenta à S. Off., discesserat, absol. ab exc. contracta, et pœnitentiatur. Aliud non apparet. 12. d.

374. Presb. Decius Noualis è Portu Naone se accusat, Libros prohibitos, quos, ait, tales esse ignorabat, apud se habuisse, humiliter ueniam petens, rogat absolui, et simul dispensari super irregularitate. Absoluitur, eiq. salut. pœnit. iniuncta, dispensatur super 21. d.

super irregularitatẽ contracta Missam celebrando cum esset inodatus uinculo excõis ob retentionem Libr. prohibitorum.

375. Fr. Nicolaus Pellizzarinis Utinẽ Ord. Min. de Obs. sponte se accusat, ex impetu irę erga suum P. Guardnm iubentem, oẽs fratres in Festo S. Bernardini ad Eccliam ipsius Sancti se conferrẽ debere, dixisse: Se uenisse S. Fran. in forma d'huomo, non mi ci farete uestire; liber dimittitur; eo quod uerba illa non ex contemptu S. Francisci protulerit. 5. Junij 1599.

376. Anna Uxor Nicolai Botteruz è Villa Terenzani Aquil. Dioc. se accusat qualiter morbo podagrę grauata, ad se fecit uocari quandam feminam, cuius nomen, et agnomen penitus ignorat; et ab ea antẽ ortum solis fuit signata in cruribus. In noẽ Pris, et Filij, et Spũs Sancti. 8. dẽ

377. Basita Regulatus sive Bodegan rusticus è Villa Pausarum Dioc. Concord. dixisse defertur: Dum moritur corpus, mori simul et aĩam; Confiteri autem, et Euch. sumerẽ formidinẽ pęnę iniunctẽ contra non cõicantes semel in anno: Comedisse item diebus uetitis ab Eccĩia carnes, et caseum: Dixisse, se minimè credere Paradisum, infernum, aut Purgatorium dari. Testibus auditis, decernitur personaliter eum citandum ad respondendum, et se defendendum. Aliud non apparet. 19. dẽ

378. Antonius del Brun rusticus è Villa Olt districtus Purlilarum Conc. Dioc. fratri suo Paulo dicenti, Deum facturum sibi aliquam gratiam, Respondisse defertur: Ignorante, sai poco à credere, che Dio si ricordi di te: Hà egli altro, che fare, che ricordarsi di te: Id eq. dixit, pñte Dnico Jacino eiusdem Villę, qui examinatus, negatiuè respondet ad singulas interrogationes; quare ad ulteriora non progreditur. 27. dẽ

379. Bernardona Uxor Bernardi de Bernardis è Terra Venzoni Aquil. Dioc. defertur: haberi cõiter pro Lamia, et die quadam uisa fuisse è Cęmeterio Eccĩię dĩ Loci terram, et manipulum herbę ueluti absconditè accipere. Citantur duo testes; aliud non apparet. 2. July.

Marietta (in eodem folio) Uxor Josephi Lanz Mercatoris è suprad. Loco defertur die quadam uentrem tetigisse cuiusdam Catharinę pregnantis, ab eaq. petijsse nouem fragmenta trabium culminis suę domus hoc ordine, scil. uno si, et uno nò: quibus sic acceptis, Catharina fętum amisit, neq. amplius concepit. die dẽ

380. Matthias Pitlo rusticus è Villa   ultra Castrum S. Danielis Aq. Dioc. defertur seipsum obtulisse ad praesentandum, hoc est, superstitiosè sanandam unam Josephi Hebrei uaccam, cuius tamen Josephi Uxor id nullatenus permittere noluit. Auditis duobus testibus, siletur. 5. dẽ

381. Aquinus Turra de Portu Naonis Conc. Dioc. sponte, tradit S. Offo duos codices Cornelij Agrippę, nempe: de Occulta Philosophia, et de Vanitate scientiarum, quos abstulisse, ait, è domo Perillris Dni Camilli Jusdicentia Zoppolę promiscuè repertos inter quamplures alios codices, et scripturas dĩ Dni Camilli. 6. dẽ

382. Presb. Pomponius Archidiaconus Patriarcalis in Plebe Cadubrij, ibiq. etiã Plebanus defertur habere apud se Biblia Erasmi Roterodami et monitus esse prohibitam, eamq. tenere non posse, respondit, Rẽm Mag.m Jordanem Jnq.rem ex Ord. Praed. illam uidisse, et permisisse sibi, ut retinere, et legere illam possit. Hęc autem falsa esse 13. dẽ

esse dixit ipsi Delatori Presb. Antonius Nepos dicti Pomponij.

383 Lucia Muschietto: Justina Hieronimi portatoris Vini uxor: Dominica dicta, la Comadre rossa: Magdalena famula Presb. Octauij Collutij: Gratia uxor Josephi Ferri: Antonia Cimata: Altea Seutina, et Florida . . . , omnes Conc. Dioc. denunciantur uti coiter Lamiæ, a quibus et maleficia quædam denunciantur. Examinantur testes, qui et contra d.as feminas deponunt, deinde siletur. 16. Julij 1599

384 Dominicus Celottus è Villa Morsani Conc. Dioc. defertur, non semel suum reprehendisse Plebanum, quod permittere noluit superstitiosas quasdam signationes contra sanguinem, ne flueret. 19. d.

385. Jo. Bapta Variscus è Portu Gruario uti negligentem se accusat, eo quod librum, cui titulus: Armonia Mundi S. Off.o non resignauit. Absoluitur et dimittitur. 22. d.

386.
1. Augustina Uxor Baptæ Ceruati è Villa S. Jo. Puleinici Conc. Dioc. defertur, superstitiosè signasse, dæmonemq. inuocasse ad sanandam feminam infirmam.
2 Bapta præd. defertur, toto tpore unius Quad.mæ comedisse lac.
3 Bernardinus ipsius filius simil. defertur, comedisse lac in Vig. S. Rom. Apli, monitusq. ne illud comederet, respondisse: ò questi sono le uigilie, quando il corpo è satollo.
4. Petrus Brauinus è Villa Culturæ monitus à suo Plebano, ut pro aia sui Patris oraret Deum, respondisse defertur: Mai pregarò p l'aia sua, anzi desidero, che l'aia sua uada à casa del diauolo: Item blasphemare.
5. Daniel Porgatius, de quo n.o 215., è Puleinico carnes comedere defertur diebus Veneris, et Sabbati. Hic abiurauerat de Leui propter esum carnium sub die 19. Octobris 1593. 28. d.
Et hi oes delati fuerunt p scripturam sub uno, eodemq. die, nempe 30. Jan.ij 1596., cumq. die 19. Octob. 1598. S. Off. decreuisset uocari, et constitui Delatorem, inuentum est, omnes pene delatos obijsse, præter Bernardinum Ceruatum. Idem autem Delator, sumpta occase. denunciauit feminam, prout sequitur.
6. Anastasia Montagnana à Portu Naone uisa fuit in Ecclia SS.mæ Trinitatis Puleinici miscere oleum unius Lampadis; cumq. interrogaretur: Quidnam ageret? Respondit: Che haueua messo alc. faue in quella Lampada, le quali haueua creduto, che si disfacessero, ma non erano disfatti, e che essa le haueua mess. p far morire un huomo. Quod quidem delictum non fuit p testes legitimè probatum.

387. Valentinus Martinis Mercator Venetus, incola Varmulæ Conc. Dioc. defertur publicè, priuatimq. tpe Quad.mæ carnes, et oua comedisse. 3. Aug.ti
Elias Remier Venetus oua comedisse defertur eodem tpe: at ex dictis testium uterque inuenitur infirmitate laborare; imo Valentinum dixisse, licentiam se habere comedendi carnes.

388. Michael Pistor Portus Gruarij defertur carnes comedere tporibus uetitis ab Ecclia. Decernitur audire testes, deinde siletur. 6. d.

389. Menica, siue Dominica Gastaldina è Villa Settimi Conc. Dioc. defertur comminatam fuisse cuidam familiæ dicens: Che haueua tre Santi, che faceuano à suo modo in Ven.a 7. d.

e che

e che perciò uoleua far grama una fameglia: cumq; spatio trium mensiu tres personę ex familia Venetoru in d. Villa obijssent, suspicio orta est contra d.tam Anicam, quę tamen suspicio non fuit probata p testes

390. Gregoria uxor Marci Antonij Jerri à Portu Naon. sponte se accusat sortilegium comisiss. cribri ad inueniendu frontale, quod ammiserat: et ad sciendu futurum ipsius sponsu, in nocte S. Joannis posuiss. fabras sub ceruicali, phaseolos plantasse, cineremq. cribrasse. Monetz. de grauitat. erratorum: jurat, similia non amplius comittere: absoluitz. ab exc.e et additis salut. pęnit. dimittitur. 15. Aug. 1599.

391. Martia uxor Antonij Dominichini è Portu Naone se accusat, plura admisisse sortilegia) quę et singillatim exprimit) ad inueniendas res perditas, et ad sciendum futuru ipsius sponsum. Monetz. de grauitat. admissorum. Jurat, ab his in posteru abstinere. Absoluitz. ab exc.e, additisq. salut. pęnit. dimittitur. die d.a

392. Faustina filia D. Hieronimi de Gregorijs à Portu Naone, plura admisiss. sortilegia se accusat (quęq; exprimit) ad sciendu futuru ipsius sponsum. Monetz. de grauitat. erratoru; iurat non amplius illa repetere; absoluitz. ab exc.e, iniunctisq; salut. pęnit. dimittitur. die d.

393. Isabella de Gregorijs filia q. Illris Alberti Comitis Pulcinici et Jannę, deinde uxor D. Jacobi de Gregorijs Legu Doct., se accusat, plura sortilegia, etia qualificata, cu adiurat.ne SS.rum Petri, et Pauli, et cum inuocat.e dęmonis comisiss. ad inueniendas res amissas, et ad sciendu futuru ipsius sponsum. Monetz. de erratoru grauitat. Jurat, huiusmodi non amplius perpetrari. Absoluitz. ab exc.e; et pęnit. salut. superadditis, dimittitur. die d.

394. D. Maria de Gregorijs rel. q. Hieronimi pluriu sortilegioru se accusat, etiam cum adiurat.ne SS.rum Aplorū Petri, et Pauli. Monetz. de grauitat. erratorum. Jurat, ad illa amplius non recurrere. Absoluitz. ab exc.e, additisq; salut. pęnit. dimittitur. 20. d.

395. Marietta filia Gasparis Plasentini è Villa Piais Conc. Dioc. se accusat, plura sortilegia comisisse, quę et numerat; Absoluitz. ab exc.e (Juram.to habito de stando mandatis) additisq. salut. pęnit., dimittitur. die d.a

396. Coriolanus q. Julij Plasentini è Castro franco incola Villę Caprileis Conc. Dioc. se accusat, p annu integru moratu fuiss. in Castro Oltenouen ultra Clanfurt, ubi missus fuerat à suo Patruo gratia ediscendi Lingua theutonicam; quo tpe hospitatus apud Marlia Glaunicher è dicto Loco, ab eodem coactus fuit singulis diebus (Veneris exceptis) carnes comedere; constans tamen semper extitit in fide Catholica, quamuis à Preceptore, qui eum edocebat d.tam Lingua, et blanditijs suasus fuerit, et uerberibus compulsus se conferre ad audiendas hęreticoru prędicantiu conciones. Indicitz. ei Clementis Papę VIII. Const. de non proficiscendo ad partes Infidelium, non obtenta S. Officij Licentia in scriptis, neq; uetita conuersat.e cum hęreticis monetur, deinde, habito iuram.to de stando mandatis S. Eccl.ie, absoluitz., additisq; salut. pęnit. dimittitur. 24. d.

397. Florida uxor Alexandri Basilij notarij sub Parochia S. Christofori Vtini dixiss. defertur: unà cum pluribus alijs mulieribus, se quolibet die Jouis in sero deambulare cum mortuis, et ad id cogi, per esser Benandante, hoc est, Lamia: ex illis autem, quosdam 2. 7bris

dam lætos, alios tristes, et alios in inferno uidisse testat., quos et nominatim recensuit, et cum eisdem etiam ait fuisse locutam: Præuenta duabus denunciationibus, sponte se sistit coram P. Inq.re eiq. omnia, quæ dixit, aut fecit, ait, iocosè effinxisse; et multò plura deponit in sua spontanea comparit.e, quàm ipsi opposita erant in denunciationibus. Interim aliæ duodecim denunciationes superueniunt contra illam noua, et grauiora delicta continentes: quapropter citata, et super eisdem semel, atq. iterum constituta; cum in negatiuis permaneret, carceri mancipatur: duobus circiter mensibus effluxis, eius Vir, præstita fideiuss.e ducentorum ducatorum de eadem præsentanda S. Off. toties quoties opus fuerit, dimittit. è carceri, et in domum suam redire permittitur: ubi et alia superstitiosa comittere defert., sex datis aduersus illam depositionibus eiusdem tenoris; aliud non apparet.

398. Faustina Amaltæa cel. q. Petri Canciani se accusat, sortilegium comisse furti gratia cum inuocat.e dæmonis illis uerbis: Angelo santo, angelo bianco, per la tua santita, per la mia uerginita, dimmi la uerita. Monet. de grauitate delicti, et iurata de stando mandatis Ecc.liæ, nec amplius similia comittere, absoluit., additisq. sal. pœnit. dimittitur. 10. Xbris 1599.

399. Joseph è Villa Riueri Purlilarum Conc. Dioc. defert. comedisse caseum feria sexta maioris hebdomadæ. Auditis duobus testibus, siletur. 13. d.o

400. Liuius è Dominis Maniaci Conc. Dioc. defert. superstitiosè nubem tempestatem minantem fugasse. Audito contesti id asserenti, et in cuius gratiam ille nubem fugauerat, siletur. 17. d.o

401. Nicoletta uxor Sebastiani Faberlignarij è Portu Gruario se accusat, aliquando usum habuisse signandi infirmitates ex catarro, seu pituita distillatione, idq. fecisse, ait, cum simplicitate promittens, in posterum ab his omnino abstinere, quod et sub pœna exc.is eidem inhibetur. 20. d.o

402. Ventura Oliua, seu Jerlingato è Terra Mestrui prope Venetias defert., coram multis in mensa unà cum ipso comedentibus recitasse alphabetum impudentium., propter quod correptus: Che se ne andasse à confessare; respondit: Qualche bestia, andare à riferire i fatti suoi à Preti, e Frati becchi. Auditis testibus, habitoq. ipsius constituto, pœnitentiat.: ut scil. Unica p.a sequenti | præcedenti sacram. confit.eucl. sumat, deinde semel omnes Ecc.lias Portus Gruarij uisitet, ibiq. Oronem Unicam, terq. salutationem Ang.cam deuotè recitet. Lata fuit hæc sent.a die 7. 7bris 1601., prout in processu. 21. d.o

403. Anna Vxor Josephi Pinzani è Villa Caprileis Aquil. Dioc. spontè se accusat, ad expellendum dolorem, quem patiebat. in brachio primò fracto, sed malè glutinato, ad puerum quendam accessisse, qui brachium illud, mussitando, benedixit. Absoluit. deinde præcipit. ei, sub pœna fustigationis, ne similia amplius comittat, aut quempiam talia edoceat, additisq. salut. pœnit., dimittitur. 24. d.o

404 Presb. Barth. Portulanus, unus ex Vicarijs Curatis Buiæ, aliàs sub n.o 114. processatus, sententiatus, abiuratus, et pœnitentiatus, iterumq. sub n.o 387. uti relapsus denunciatus, perpetuò bannit. à toto Patriarcatu sub pœna carceris perpetui, si unquam constiterit, eum contrauenisse: tertiò etiam defert., intra fines Patriarcatus permanere, et præcipuè in loco Buiæ, superstitiosaq. exercere, ult.o d.o

pro-

propter quę iam processatus, sententiatus, abiuratus, poenitentiatus et bannitus fuerat. Sed pridie antequam huic S. Off.o ultimò denunciaretur, cum esset praeuentus, et delatus apud Ill.mum, et R.mum D. D. Fran.cum Barbaro Patr. Aquil., eiusdem iussu detentus fuit, et in carcerem missus. Quibus P.ri Inq.ni delatis, decernitur d.m Presbiterum esse constituendum; pluriès itaq. constitutus, inuenitur multas tenuisse, et credidisse erroneas, et hereticas opiniones, quas tandem per scripturam sua manu conscriptam, et S. Off.o trasmissam, damnat, et reprobat. Oblatis sibi defensionibus, eisdem renunciat, postea testes nominat, et in sui defensionem audiuntur. Lecto processu, quid resoluendum sit, dimittitur ad aliam sessionem, et interim processus mittitur ad sac. Cong.nem Vide in Miscell.o sequenti.

405. Presb. Bartol. Portulanus, de quo supra n.o 114. 187., et 404., uti hereticus relapsus 30. Jan. 1600.
in carcerem detentus, post completum annum, cum esset iam senex, plenus dierum, factus impotens, et ob carceris obscuritatem lumen unius oculi ammisisset, misso eius ultimo processu ad sac. Cong.nem iussu eiusdem è carcere relaxatur.

406. Fr. Bonauent.a à S. Felice Min. Con. de Tricesimo Aquil. Dioc., de quo n.o 232., quiq. in die ead.
fortijs sancti Romanę, et urbis Inq.nis per aliquod tempus detentus, postea dimissus cum precepto, ne unquam ad lare S. Antonij Patauium rediret, sed in Conu.tu aliquo à R.mo P.re Gnali specialr sibi deputando permaneret, habitum Religionis tertiò dimisisse defertur, ac militaribus armis indutus procedere uisus fuisse Castri Porpeti.

407 Fr. Gerardus Bellinzona Utin. Ord. Eremit. S. Aug.ni, Mag.r et Prior Monasterij 22. d.
S. Lucię Utini defertur, sub specie S. Marię Magdalenę imaginem cuiusdam Luciettę Vecturi in Ciuit. Venet. meretricis depictam in quadro apud se habere, eamq. feria 6. maioris hebdomadę publicè in Ecclia exposuisse, in loco scil. ornato ad representandam de more Xpi D.ni sepulturam. Qua occas.e declaratur quoq. fuisse per S. Off.m Vicentię falsorum testium seductorem. Fit perquisitio camerę, uel camerarum suprad.i P. Bellinzona, o.ia q. inuentariantur, deinde scribitur P. Inq.ni Vicentię, qui rescribit, d.m P. Bellinzona non fuisse conuictum, sed ualdè suspectum, conspirasse scil. contra nonnullos fratres sui Ord.is et auditis testibus datis per Delatorem, decernitur non esse ad ulteriora procedendum.

408. Lucia Uxor Franciscutti sonatoris è Spilimbergo Con. Dioc. defertur. Infirmantibus precipere, ut de mane diebus tribus Or.onem D.nicam decies recitent, totidemq. salutationem Angelicam, deinde puluerem, quem ipsa eis dat, in ignem projiciant, et sic sanabuntur. 23. d.

409. Pascutta Agrigolanti è Villa S. Martini da Terzo Aquil. Dioc. defertur, cognouisse, et enarrasse quędam maleficia iam patrata, deq. semetipsa dixisse: Che è Benandanti, e che uà à combattere con li Benandanti. die d.

Narda, seu Bernarda Uxor Fran.ci Perissut è Villa Morrudzis Aquil. Dioc. similia agnouisse, alia predixisse, et enarrasse defertur (in eodem folio simul cum Narda) ac de semetipsa dixisse: Che è Benandanti: Che uà à cauallo di un lepre: Che combatti con gli altri Benandanti, suaq. maleficia efficere in locis Gorit- ead. die
tien-

tiensis Ditionis, eo quod, ait, ibi non punietur; sicut hic puniretur, talia efficiendo. Statuitur, que procedendum contra utramque, aliud non apparet.

410 Sabbata soror Annę è Villa S. Sambruci Imperialis Ditionis, fama preced.; maleficia operari, tres examantur testes, qui et contra ipsam deponunt. Decernitur procedendum; aliud non apparet. 27 Jan. 1660.

411. Petrus Orlandi filius è Villa Collis districtus Jannę Conc. Dioc. defertur, caseum comedisse tpre Quadrag.me; ipse autem sponte se sistens coram P. Inq.re de eodem crimine se accusat inquiens, caseum comedisse, eo quod Jo. Maria Melos Hospitarius Portusnaonis, cui ipse Petrus laborabat, pro labore suo nihil aliud (nec panem quidem) ei dare volebat: accipiebat itaque caseum, de quo ipse, Vxor, et duo filij eius comederunt integra Quadragesima. Aliud non apparet. 19. Feb.

412. Clara uxor Fran.ci ..... Calcearij è Spilimbergo Conc. Dioc. defertur uti malefica. 6. Martij.
Jacoba Pittacola, de qua n.o 332. defertur, à suis maleficijs non abstinere, ibidem.
Nonnulli Viri è Villa S. Quirini Conc. Dioc. renuunt contrahere matrimonium in in mense Maij; eaq. die matrimonij contracti plura superstitiosa committunt sponsi: hęc autem p. modum consultationis à R.mo D. Donato Casella Plebano d.ę Villę per epistolam notificantur D.no Vic.o G.nali Concordiensi.

413. Maria rel. q. Jacobi Nisani è Villa Percuti Aq. Dioc. se accusat, permisisse, carbasinam ipsius ob dolorem capitis à quadam femina malefica (uulgo: la Piacentina) signari, seu p[er]gentari. Absoluitur in forma 25. d.o

414. Leonardus Frisancus Tabernarius incola Villę S. Leonardi Conc. Dioc. se accusat, ad hospitium suum tpre Quad.me aduenas Teutonicos recepisse, qui et cibos uetitos ad edendum petierunt dicentes, dispensationem ad hos habere: eo autem renuente Leonardo Calcia eiusdem Villę adstanti dixisse, ait: Se io fossi in uoi gli darei da mangiare, come dimandano; addens: Che il giorno auanti s'era ritrouato à Spilimbergo all'Osteria del Romano, è ut erano de Tedeschi, quali uide mangiar carne, oua, e formaggio. Tunc igitur Leonardus Tabernarius his auditis, iussit apponi oua dictis aduenis credens, eos uerè dispensatos ad esum carnium: eo uel maximè, quia et licentiam, seu dispensationem in scriptis eidem ostenderunt, quam tamen nec ipse, nec alius Leonardus, cum essent prorsus illitterati, legere quiuerunt. Illo itaque absoluto in forma cum salut. penit. fit consultatio constituendi Leonardum Calcia, qui sponte comparens, seq. accusans de consilio dato, ut supra, absoluitur, imposita eidem sal. penit., deinde constituitur Tabernarius Spilimbergi, decerniturq; aduersus illum esse procedendum, aliud non apparet. 26. d.o

415. R.dus D. Antonius Joannini Capellanus Castri Pers Aq. Dioc. propter omissionem in denunciando, et negligentiam in conficiendo notam, seu indicem suorum Librorum sponte comparens, petit absolui, et dispensari super irregularitate contracta missam celebrando, cum inodatus esset exc.e Absoluitur, et super irregularitate dispensatur, additis salut. penitentijs. 28. d.o
Illustris D. Julius Antonius ex Consortibus Pers sponte se accusat ob retentionem, et lectionem plurium Librorum prohibitorum. Absoluitur in forma, iniuncta sal. penitentia. In eodem suprad.o folio.

416.

416. Bartholuccius de Bartholuccijs Legum Doctor Vtini ob retentionem, et Lectionem plu- 29 Mar-
rium Librorum prohibit. sponte se accusat, humiliterq. absolui petit. Absolutus in tij. 1600
forma, iniuncta eidem sal. pœnit. cum præcepto deferendi libros prohib. S. Off.o in
termino tridui, et ad triennium concedit. ei facultas tenendi, et Legendi libros
quosdam suspensos.

417. Jo. Bap.ta Pascalius Leg. Doctor Vtini se accusat omisisse denunciare S. Off.o die d.o
quendam Juuenem magicas artes profitentem, pluresq. uetitos libros legisse, pe-
tens absolui. Absolutus, addita pœnitentia.

418. Sebastianus Petritius rusticus è Villa Percut Aq. Dioc. defertus, ore proprio die ead.
dixisse: Ch'egli è Benandanti, idq. coram pluribus: at uero testes sunt singu-
lares, utpote singillatim eum denunciantes.

419. Alexander Galatheus Leg. Doct. Vtini ob Lectionem Libr. prohibit. petit absolui, 31. d.o
sibiq. eorundem retentionem, ac lectionem concedi usque ad ipsorum correctionem.
Absolutus in forma, eidemq. iuxta petitionem permittuntur Libri ad triennium ad
præscriptum Iudicis

420. Percutus cognomento Allegrezza è Villa Percut Aq. Dioc. se accusat, artem didi-
cisse præsentandi, eamq. semel fuisse expertam. Absolutus in forma, præstito iu- die d.o
ramento, de cætero huiusmodi artem non exercendi.

421. Christophorus Boleampo oriundus è Villaco, incola Vtini sponte se sistit coram S. Off.o 1.o Aprilis
ingenuens, se iter fecisse in Germaniam, et ob defectum piscium, atq. olei carnes come-
disse quinque, aut sex diebus sabbati, ac etiam in uigilia S. Thomæ ignorans, diem illum
esse diem ieiunij, petitq. absolui promittens, se non amplius similia commissurum.
Absolutus in forma.

422. Bernardinus Robertelli Not. Conetensis habitans Triuignani Aquil. Dioc. cum die 5. d.o
quadam uideret pulsatorem campanarum Ecc.liæ d.æ Villæ ferentem oleum pro lam-
pada eiusdem Ecc.liæ, dixisse defertur: Pò questo Monaco più tosto uuol por-
tar l'oglio inanzi à quel legni, che darlo à me da conciar un' insalata. In-
super et ablatrare contra Presbiteros, quos Predones appellat, et contra fra-
tres quos fraudes nominat: Ad sacram missam nec genua flectere, neq. caput
aperire, nisi ad eleuationem sacramenti: Deniq. duobus annis elapsis solitum
fuisse frequenter loqui cum P. Concionatore, qui attendens ipsius opiniones here-
tiles, sæpe eundem à se repulit. Statuitur procedendum. Ex dictis ergo testium plu-
ra alia habentur aduersus d.m Bernardinum, nempe, dum negari, casus consciæ reserua-
ri posse ulli superiori: dixisse, minime necessarium esse confiteri, damnando confes-
sionem auricularem non dari Purgatorium, quod omnes Papistæ maximam ruinam
incurrent, eo quod nolint unumquemque eorum suo modo, suaque voluntate vivere; &
quod carnes, et lacticinia indifferenter cum scandalo comederit. Quapropter citatur peremto-
rie, et non comparet, ad Ciuitatem Conetensem profugus se confert, relaxatur mandatum
de ipso capiendo, sed non invenitur. Tandem per cedulones affixos ad valvas Ecclesiæ
maioris Vtini, ac Triuignani declaratur excommunicatus. Aliud non apparet.

Usque ad numerum 422 scripsit, et distinxit causam à causa. Revdmus Pater Magister Antonius ab Oculo de Ferraria Inquisitor Generalis Sancti Officij Aquileię, Concordię &c. Vir laudatissimus, et omni laude dignissimus, cum ipse solus hoc Archivium ordinaverit, et in Volumina, et in fasciculos Processus redegerit. Per quadraginta annos Regestum hoc ex negligentia fuit pretermissum. Tandem Revdmus Pater Magr. Joannes Peregrinus Pallavicinus de Bononia Inquisitor Gentis Aquileię, Concordię &c. laborem hunc pernecessarium reasumpsit, et secundum Millenarium in alio libro ordine alphabetico, ob maiorem inveniendi nomina facilitatem consarcinavit. Utinam quod Successores hanc diligentiam non pretermittant.

Hę autem causę in compendio positę sunt, et in hoc libro scriptę à Pre Bacco Laurentio Gambarini de Bononia S. Officij Aquileię et Concordię Notario Anno Domini 1725.

423. Bartolomeus Faber a Villa Madris Aquil: Diœc: se accusat, pro invenienda Asina misisse ad quandam Fœminam, cui nomen Filizina è Villa Chiavons; quę respondit: Che non la dovesse cercare avanti il levar del Sole, absolvitur, addito precepto, ne amplius &. 17 April 1600

424 Presbiter Sebastianus. . . . a Sancto Daniele habitans in Villa Castignani Aquil: Diœces: defertur dixisse aliquando: Che gli bastava l'animo, in alterazione di tempi, di far vedere fra le nebbie l'anima del Sig. Pompeo di Caporiaco, volendo con ciò inferire, che ciò da detta Anima era causato. Decernitur procedendum, et audito a primo teste, dictum Presbiterum ex hac vita migrasse, siletur. 19 eiusd

425 Mulier quędam Utinensis, dicta, la Cambarella; alia, cui nomen Lucia Zoppa; alia nuncupata Veronica, et alię tres quarum nomina ignorantur, maleficas artes exercere deferuntur. 20 eiusd

426 Baptista Quatul, cognomento Boldini è Villa Colalti districtus Ciuit: Fori Julij defertur, uti suspectus de Fide, eò quod Fideles seducat, eosque retrahere conetur ab operibus bonis, et a Fide Catholica, asserendo; animam rationalem esse mortalem, non omnes fore resurrecturos, Christum in hunc Mundum venisse, ditandi gratia seipsum, et communiter haberi pro Lutherano. Decernitur procedendum, et carcerandum. Detentus itaque, et in carcerem coniectus, testes constituuntur, quibus auditis, nec probantibus apposita; Ipse quoque pluries constituitur, deinde relaxatur à carcere, ut quò vult pergat per viginti milliaria a Civit. Fori Julij; Confinia tamen Status Veneti non excedat sub pena latę excommunicat. convicti criminis, &c. Dein: statuitur, citandum esse ad respondendum super calumnia, et periurio Presbiterum Franciscum Piccolo de Tricesimo Curatum Segnaci Denunciantem, et relaxatur mandatum. Ipse verò, coràm S: Officio se sistens, duobus constitutis subiicitur, quibus habitis sequestrandum esse in aliquo Monasterio, ibique permanere decernitur, nec ab eo discedere possit absque licentia huius Sancti Officij, sub pena excommunicat: latę sententię, criminum imputatorum &c. Interim scribendum Illmo. ac Rdmo. Dno. Patriarchę, ut pro nunc de Rectore provideat Parochię Segnaci, et Collalti. Iterumque constituto, relaxatur ad suam curam cum Fideiussione idonea de se presentando S: Officio toties quoties ad omnem requisitionem usque ad Sententiam inclusivè sub pena trecentorum Ducatorum, et convicti criminis, salvo iure &. In Mense Augusti eiusd. Anni fit consultatio, et decretum de procedendo ad ulteriora, de citando, et intimandis deffensionibus dicto Presbitero, quibus intimatis, et acceptatis ulterius non proceditur. 22 eiusd

427 Zanuttus Bevilacqua de Firmano Aquil: Diœc: defertur suis fascinationibus, maleficiis, et superstitionibus, de quibus diffamatus est, plures homines uxoratos ligasse, ne cum suis Uxoribus actum Matrimonij habere possent; plures etiam personas suis maleficiis infirmari fecisse, et quasdam ex eis mortuas esse. Insuper se iactasse, hanc artem diabolicam habere dissolvendi scilicet maleficia &. Gregorius Collarig. defertur hanc artem habere, et exercere, dissolvendi scilicet ligatos per maleficia, imò eam exercuisse; Quod profiteatur, se posse herbis, et virgultis quibusdam, ac superstitionibus armenta lacte privare, et in homines febrim immittere; quodque una cum supradicto Zanutto huiusmodi superstitiones et incantationes exercuerit. Auditis testibus carcerantur, pluriesque constituuntur, sed negationibus, et excusationibus se tuentur. Tandem Gregorius errata fatetur. Itaque Zannutus, qui pro maiori parte negavit, iubetur primò, in prima Dom: Quadrag. ante portam Ecclesię maioris Civitatensis manere, in Dom: verò de Passione ante portam Ecclesię Parochialis 6 May 1600

rochialis Firmani tempore missę maioris flexis genibus, detecto capite, cum cereo albo in manibus manere, cereus verò sit accensus. 1°. in Paschate, Nativitate Dñi, in Assumptione, et Purificatione B. M. V. per quattuor sequentes annos confiteri, et Eucharistiam sumere, et quolibet anno litteras testimoniales sui Parochi ad S. Officium deferre, quò ad prefatas publicas pęnitentias; 3°. per biennium singulis diebus Dominicis Coronam B. M. V. recitare, et per integrum mensem damnatur ad carcerem, in quo feria quarta, sexta, et Sabbato cuiusque hebdomadę in pane, et aqua ieiunare iubetur. Gregorius autem in Dominica Sexagesimę ad Valvas supradictę Ecclesię stare iubetur capite detecto, flexis genibus cum cęreo albo in manibus accenso tempore Missę maioris. 1°. Per duos annos iubetur in die Paschę, Pentecostes, et in Nativitate Dñi confiteri, et Eucharistiam sumere, litterasque testimoniales sui Parochi de prefatis publicis pęnitentiis peractis S. Officio deferre; 3°. per idem tempus singulis diebus Dominicis B. M. V. coronam recitare precipitur. Lata fuit hęc Sent.a die 24 Februarij 1601.

428 Helena Sebastiani Fraschi Filia è Villa Turrida Concord: Diaces: defertur, veneficium commisisse una cum Jacoba ipsius Consubrina, aliisque Iuvenculis, elevando scilicet è terra quamdam fęminam utroque digito police utriusque manus eam tangendo, simulque verba sequentia proferendo, videlicet: levati sù, levatisù corpo morto di sopra la terra, duro, duro come un sasso, leggiero come una penna. Illa autem fęmina dum elevabatur, fassa est, sibi videri dormire, multumque in altum attolli, seù ascendere. Pęnitentiantur, et absolvuntur, cum precepto, ne amplius talia committant. 7 Maij 1600

429 Pręsbiter Michael Missius Canonicus Insignis Collegiatę Civit: Fori Julij, et Pręsb.r Lucillus Graphicus Vic. Ecclesię S. Silvestri eiusdem Civitatis, unà simul coràm S. Officio se sistunt, et de ommissione in denunciando habentes libros prohibitos se accusant, petuntque absolvi. Absolvuntur, et dimittuntur. 14 eiusd.

430 Joanna Famula Julij a Portu Civitatensis. Magdalena Zuccola. Nicolaus Rubeus de S. Maria in Monte, et Helena, seù Zenca, Vxor Io: Bocčini de Tolmino Sclavonum habitantes sub Monte S. Marię de Monte maleficia operari deferuntur, inferendo scilicet infirmitates, vel easdem sanando, facte fęminas, et bruta privando. Statuitur procedendum: auditisque testibus, decernitur, Nicolaum Rubeum, et Helenam Bocčinam carceri mancipandos; illo autem non invento, hęc ad carcerem ducitur; Quo facto pluries constituitur, eàque semper sibi obiecta negante, denuò carceratur, eique intimantur defensiones; Quibus auditis Joannes eius maritus rogat, pro relaxatione suę Vxoris, ut se tueri possit. Relaxatur itaque sub penis, prout in processu. Post paucos dies ipsa Helena personaliter instat expediri, cum sit inops, addens, testes falsum contra ipsam deposuisse, eamque odio habere. Ea propter datur ei terminus ad producendum quidquid in suum favorem producere intendit. Aliud non apparet, ac de cęteris siletur. dicta die

431 Joannes de Opitergio [Oderzo] Diac: Cenet. defertur, seipsum exhibuisse ad sanandum quemdam virum, qui cum Vxore coire nequibat. Examinantur testes producti; pręterea nihil. 26 Maij

432 Pręsbiter Lucas Meedit Curatus Hospitalis maioris Vtini defertur, quamplures in dicto loco, per eius negligentiam, ex hac vita migrare absque confess.e, commun.e, et extrema Vnctione; Quod in Missa communione peracta, aliis communicet tùm confessos, tum non confessos, quos posteà, Missa peracta, audit in Confessionali; Quod quolibet anno vinum bonum recipit pro purificatione, et ipse vinum deterius apponit; Quod accipiens confessionem cuiusdam militis dicti loci, eoque subdente, che non sapeva dir altro, respondit: Che importa a farvi altre interrogazioni, che non voglio acetare in Confess.e quello, che mi avete detto, perchè lo voglio dire alli Sig.ri Hocque 29 eiusd.

non se-

non semel evenit. Tandem illa mulier è dicto loco fuit eiecta a Præpositis supradicti Hospitalis. Acceptis dictis testium productorum, siletur. Inadvertenter hec causa est anteposita posteriori.

433. Clara, de qua num.º 412. Uxor Francisci . . . . . Calzearij de Spilimbergo Concord. Diœc: a pluribus denunciatur uti malefica, infirmantibus superstitiosa medicamenta, prebere. Citatur ad comparendum sub pena excommunicat. latę sententię. Ea autem non comparente, denuo citatur ad videndum, et audiendum se declarari, incidisse in excommunicat.^{am}, eoquia nec comparuit, nec excusationem aliquam fecit, et ut ab omnibus vitetur, decernitur, affigendos cedulones Utini ad valvas Ecclesię maioris, et etiam Spilimbergi, et mittuntur litterę R. D. Plebano, ut per Nuntium hęc intimare faciat predictę Clarę. Aliud non apparet. 26 Maij 1600

434 Maria relicta q. Petri Tosi è Villa Felet Aquil: Diœc: se accusat, morbo articulari, in pedibus laborantem, accessisse ad quamdam feminam Fran. relictam q. Fran. Verat è Villa Planis, quę eum presentavit, verba indistincta proferendo. Absolvitur in forma, cum precepto ne amplius talia comitat. 9 Junij 1600

435 Ulisses Coloretus Legis doctor Utinen: iussisse defertur Bacc.º Innocentio Florinio Patavino Ord.^{is} Heremit. S. Augustini, ut suo nomine referat P. Mag. Gerardo Beltrinzona eiusd. Ord.^{is} de Lisis n.º 407, che dimani infallibilm.^{te} vada da lui, perche la sua perdita, e la sua salute stà nelle sue mani intorno alle cose del S. Officio. Auditis testibus, vocatur in Congreg. S. Offitij, convenienter monetur et dimittitur. 14 eiusd.

436 Franciscus Cominus de Spilimbergo habitans in Villa S. Georgij Concord. Diœc: denunciatur de insolenti, et inhonesti gestu facto contra Cęlum, simul proferendo verba iniuriosa, et inhonesta contra Xpum Dnum, et minas contra Sanctos Apostolos. De comestione ciborum vetitorum, eorumdemque appositione in mensa suis operarijs in diebus Ieiunij. 17 eiusd.

437 Iacobus Mattalonus è Villa Ruvignas Aquil: Diœc: sub Foro Iulio denunciatur, ore proprio dixisse, qualiter ad sanandam comitialem apoplexiam (italicè mal caduco) adhibuit opera cuiusd. Feminę è Villa Orzan, cuius nomen non expressit. 26 eiusd.

438 Petrus Balneator (italicè Stufarolo) hortatus, ut abstineret à lite contra nonnullos Contratę Prati clausi Utini, Deo vindictam remittendo, respondisse defertur: Iddio hà troppo da fare, e che voleva levare questo da far à Dio, e farlo lui. Auditis testibus decernitur, ipsum esse constituendum, et si quid novi non supervenerit, esse dimittendum cum gravi monitione. Aliud non apparet. 21 Julij 1600

439 Angelus de Ripis Taliamenti Concord: Diœc: sponte se accusat de sortilegio cribri a se commisso cum adiuratione Sanct.^{orum} Apost. Petri, et Pauli, pro inveniendo fure cuiusdam rei. Absolvitur, iuratq. talia ne amplius. 29 eiusd.

440 Ioannes Ant.^s Desiccie Bergomensis in Arce Palmę librator sponte se sistit coram R.mo P. Inquis. inquiens se semel in Mense debere in S. Officio viciniori se comparere Civitatis, idque ex obedientia S. Officij Bergomi. 6 Augusti 1600

441 Carolus Lanchi Venetus per R. P.rem Mag. Iacobum Maccarium Lacensem huius Sancti Officij Notarium constituitur in Arce Marani coram Ill.mo D.no Provisore in dicta Arce, ad sciendum scilicet, an P. Guard.^s cuius nomen ignorat dictus Carolus, nostri Conventus in eadem Arce, vel alijquis alius sequentia verba aliquando protulerit, scilicet: Che era lecito ammazzare un suo Nimico nelle braccia di Cristo, e che se Papa Clemente Ottavo volesse dir altrimente, egli si vorrebbe far turco; et hęc verba prolata fuisse a P. Guard.^{no} Carolus deponit de auditu duorum testium. Aliud non apparet. d. die

442 Dominicus q. Ioannini del Ponte è Villa Cortalis Aquil. Diœc: sponte se accusat in Pannoniam, deinde in Germaniam se contulisse, ibique per annum commoratus vetitos cibos in diebus Vigiliarum comedisse. Petit absolvi; Absolvitur, et penitentiatur, cum precepto, ne pergat ad talia loca absque licentia S. Offitij &c. 10 eiusd.

443. Joannes Antonius Molotus, eiusque Uxor Vener à Portu de Naonis denunciatur, sortilegium commisisse cum puellis Virginibus, inspiciendo in phialam, ut invenirent pecuniam. 25 Augusti 1600

444. Presbiter Sebastianus Micellus Curatus Ecclesiae Pasiani de Prato, et Presbiter Joseph Morassus Capellanus Porzani Aquil: Dioec: deferuntur in Vigilia S: Bartolomei ova comedisse in Caupona Pellegrini. Decernitur examinatio testium, qui affirmative respondent, adduntque Presb. Josephum obiisse, ideo non proceditur ulterius. 26 eiusdem

445 Maria Uxor Josephi Zancani è Villa Puteolis Aquil: Dioec: et Maria Uxor Danielis Cassut de eadem Villa simul coram S: Officio se sistunt, et absolvi petunt, quia opera cuiusdam rustici nomine Nan de Villa Castilionis, sanari ab infirmitate curarunt, illa suum infantem, haec semetipsam. Decernitur, procedendum contra dictum Nan maleficum, sed a primo teste auditur, ipsum esse defunctum, ideò siletur. 8 Octob: 1600

446. Leonardus et Antonius Fratres Manzochi è Villa Nimis, de quibus num. 209, 230, et 292 duplici depositione denunciantur, Sacrae Missae rarò interesse, diebus festivis suas colere terras, more lutheranorum vitam ducere, esse inobedientes huic S: Officio quo ad poenitentias ipsis iniunctas et Antonium quadam occasione sibi oblata dixisse: Che dopo la morte non v'è più altro di noi. Habitis dictis testium in Congregat. Legunt, et negotium remittitur ad Legg. 18. Novembris

447 Natalis Zunegelli, Franciscus Zucoli, et alius Natalis cuius cognomen non exprimitur è Villa Ruvignas Aquil: Dioec: deferuntur caseum comedisse in Vigilia S. Bartolomei, quamvis moniti de ieiunio servando illa die. decernitur esse constituendos, aliud non apparet. 10 Decemb.

448. Presbiter Hyginius Mantaeus Diaconus Civitatensis se accusat, ex ignorantia ommisisse denunciare S. Officio Emilium Monteniacum ob retentionem librorum prohibitorum. Penitentiatur, absolvitur ab excomunicat. et dispensatur ab irregularitatibus contractis in ministrando ordine Diaconatus cum iuram.to de stando mandatis. 13 eiusdem

449 Leonardus Sandinus J. V. D. Utinensis sponte se accusat, quod omisit, denunciare Georgium de Franceschinis detentorem cuiusdam Comediae cui titulus la Cortegiana dell' Aretino. Penitentiatur, et ab excom. absolvitur. 5 Januarij 1601

450 D. Barthol. Merlusq. Jacobi Utinen: constituitur fideiussor scutorum trecentorum pro P. Mag. Alexandro Finnani de Fanano Ord: Min: Con:, sequestrato Utini in Conventu S. Francisci interioris, quòd termino duorum mensium se praesentari debeat coràm supremo Tribunali S. et universalis Inquisitionis Romanae, et hoc pro debita executione litterarum Illmorum, et Rmorum Cardinalium dictae S. Inquisit. quae tamen litterae in hoc Archivio non inveniuntur, imò neque processus confectus contra dictum P. Mag.um, cum tamen circa ipsius causam existent litterae S. Congreg. ad P. Inquisit.em, in quarum ultima Reudmus P. Inquis. monetur de expeditione causae eiusdem P. Mag; cum decreto eum relaxandi, ut fideiussori restituat libertatem. 6 eiusdem

451. Fr. Bartolomeus de Conegliano Ord: Min: de Obs: defertur de auditu alieno duas mulieres in Confess. Sacram.ti ad turpia sollicitasse. Accepta denunciatione, siletur. 9 eiusdem

452 Jacoba Pittacola de qua num. 332 defertur, ad opera sua nefaria rediisse, signando, et superstitiosa medicamenta maleficiatis dando. eadem die

453 Presb. Camillus Andreuccius Curatus in Villa Resiutae Aquil: Dioec: sponte se sistit coràm S: Officio, petitque absolvi, eo quia ommisit denunciare quemdam virum, cuius nomen, et cognomen ignorat, qui viderat assantem pisces, eosque oleo, et aceto inspergentem dixit: questo aceto, e oglio fà miglior prò a questo pesce, che non fà l'acqua santa ai Morti. Penitentiatur, absolvitur, et dispensatur super irregularitatibus contractis propter administrationem Sacramentorum, addito iuramento standi praeceptis Ecclesiae. Deinde statuitur procedendum contra delatum. Aliud non apparet. 14 eiusdem

454 Joannes Bapta de Tomasiis rusticus è Villa Madrisij Varmi Aquil: Dioec: una die baccanaliorum incessit personatum, sacra scilicet cingendo se planeta, cum cingulo benedicto, Dominico Menino eius- 3 Februarij

dem villae

Item Ville precedente cum urna simplici aqua plena, et missali; Itaque previa gravi monitione iubetur, in publica processione proxima futura Parasceve in sua Villa nudis pedibus incedendo gestare Crucem, et p. mensem singulis feriis sextis Coronam B. V. M. recitare, cum protestatione, quod si taliter amplius deliquerit, graviter punietur.

455. Gandulia, seu Gertruda, Ceccaria relicta q: Antonij è Villa S. Petri Sclavorum, et Margheta, seu Margherita Vxor Marinij Coccina eiusdem Ville deferuntur maleficijs bruta inficere, et necare. 23 Februarij

456. Pasqua Vxor Io: Antonij de Tomasijs Incola Ville S. Leonardi de Campanea Concord: Dioc: sponte se accusat, in Vigilia S. Matthie Apostoli, deficiente pane, polentam cum caseo unà cum eius Marito, alijsque comedisse. Absolvitur, addita salutari penitentia, et iurat talia non amplius committere.

457 Helena Vxor Rochi del Paier è Villa S. Leonardi Dioc: Concord: se accusat, comedisse polentam cum caseo in Vigilia S. Matthie Apostoli. Iniunguntur ei penitentie, absolvitur, et promittit non amplius talia committere. 25 eiusdem

458 Andreas Gaur è Villa Rescuitte hortatus ut exemplo Christi suis pareret inimicis, respondisse defertur: Cristo perdonò con questo patto, perche non sapeva chi l'avesse offeso, que verba iterum repetiit. 2 Martij

459. Andreas Lacanzil di Loc.° de Carnia famulus Hieronymi degli Orzi Mercatoris Vtinensis iussus, ut pergeret ad Ecclesiam, cineres benedictos recipiendi gratia, respondit: Che non vi voleva andare; insuper quando in domo dicti Hieronymi flexis genibus recitantur litanie, ipse non vult genuflectere, sed ad aliam partem pergit. Statuitur procedendum, sed paulò post discedit è domo dicti Hieronymi; ideò siletur. 9 eiusdem

460. Lucia Vxor Antonij Ferij à S. Daniele Aquil: Dioc; de qua num.° 352 superstitiosa commisisse sponte fatetur, precipue ne Vacce lac deperderent. Absolvitur, cum salutaribus penitentijs et iuramento abstinendi etc. 20 eiusdem

461 Lucretia Madris Vtinen: sponte se accusat de sortilegio commisso à Iosepha Vxore Ioannis Radin, ut ipsius Amasius, qui eam reliquisse videbatur, amore prosequeretur. 26 eiusdem

462 Iulius Montonus è Villa Presenije Aquil. Dioc. defertur, multum obstitisse verbis, ne in Ecclesia Commende Equitum Theutonicorum humaretur Cadaver q. Presbiteri Dominici Marega. 28 eiusdem

463 Ioannes Cariolla Marellarius in Arce Palme Aquil: Dioc: defertur, in ultima sua infirmitate, licet à pluribus Sacerdotibus monitus, ut sua confiteretur peccata, id nunquam facere voluisse; imò prohibuisse Vxori, ne Confessarium uel Regularem in cubiculum introduceret, sicque absque Sacramentis mortuus est, sepultusque est extra Cemeterium. 29 eiusdem

464. Fr. Iacobus Bertogna Vtinensis Sacerdos Ord.is S. Dominici denunciatur, infirmos benedicere, et etiam maleficiatos, quo in munere codice manuscripto utitur; Decernitur, examinandos testes, et interim perquirendum in eius camera codicem dictum; quo invento, eoque sublato, examinantur due femine, que nihil deponunt adversus dictum Fr. Iacobum, ideoque siletur. 4 Aprilis

465 Gasparina ceca defertur, de semetipsa dicere quod loquitur cum deo, quod ad quasdam processiones pergit quibusdam diebus, sicut Lamie. Aliud non apparet. 5 eiusdem

466 Leonardus Michelosi è Villa Moruti Aquil: Dioc: se accusat, quamplures infirmos presentasse, seu superstitionibus eorum infirmitatibus occurrisse. Penitentiatur, absolvitur, et prohibetur, ne talia amplius committat. 8 eiusdem

467. Narda, seu Bernarda Vxor Francisci del Blasè Villa Feletis Aquil: Dioc: defertur presentare infirmos. 12 eiusdem

468. Dominicus Filius q. Mauani de Villa Montagnà Aquil: Dioc: se accusat lac, et butirum comedisse per plures annos tempore Quadragesime. 17 eiusdem

469. Melchior q. Francisci de Pieruz Sutor Vtinen: dum febricitaret posuit indusium in aquam, extractumque lectulo appendit, putans paulatim à febri liberari, dum paulatim indusium arresceret. 16 eiusdem

Joannes q. Jacobi Suder

1601.

Joannes q. Jacobi Suderè Villa Vergonà iuxta Utinum Lupi Vermique morbos per multos annos praesentasse se accusat. Absolvitur in forma. 16 Aprilis

470 Leonardus de Mattiusse Villa Cantianis Aquil: Dioc: sponte se accusat, quod ad expellendam febrem, qua laborabat, plures se praesentare fecisse. Absolvitur, addita salutari poenitentia. 17 eiusdem

471. Joseph Cozzi de Vinrono Aquil: Dioc: se accusat tempore baccanaliorum, ut personatus incederet, Capucium cuiusdam Regularis induisse. Poenitentiatur, et absolvitur. eadem die

472. Magdalena Uxor Marconi habitantis in burgo S. Dominici Civitat: defertur, superstitiosa commisere ad sanandam puellulam felicitantem. eadem die

Jacoba Uxor Gregorij Choz habitans in Parochia S. Valentini Utini aliud superstitiosum commisisse defertur, ut eandem puellam redderet sanitati.

473. Petrus Cordaroli Utinensis de contrata Borghonchi sponte se sistit coram S. Officio, se accusans commisisse sortilegia ad amorem, quae didicisse, ait, a F. Francisco Viviano de Aeste Ord: Minor. Absolvitur in forma. eadem die

474. Octavia Uxor Joannis Baptistae Braidae Utinensis, accersisse, ait, quemdam Dominicum dalsò, ut sanaret infirmum ipsius asinum et petit absolvi. Absolvitur cum promissione similia imposterum non committere. 18 eiusdem

475. Franciscus Cerebini è Villa Chiasachi Aquil: Dioc: sponte se accusat de comestione ciborum vetitorum prima die Quadrag., idemque facit Dom.na Uxor dicti Fran., petuntque absolvi. Poenitentiantur, et absolvuntur. 19 eiusdem

476. Bartolomeus Bezzila è Villa Faganeae Aquil: Dioc: sponte se accusat, lardum comedisse in nocte praecedente feriam quartam Cinerum, eo quod tarde nimis domum reversus esset a Palatio. Absolvitur, et poenitentiatur. eadem die

477 Joseph Hectorius Utinen: sponte se accusat, quod cum haberet litigium, ut sciret, num vincere deberet, an perdere, superstitiosum quid permisit fieri a quodam Judeo. Addens, magnete oleo amoro intincta ab eodem Judeo accepta, vulvam suae Amasiae tetigisse, ut fortius amaret ab ea. Poenitentiatus, et absolvitur. 20 eiusdem

478. Fabius Diana Utinen: ob lecturam Comediae, cui titulus La Cortegiana di Pietro Aretino humiliter petit absolvi. Absolvitur in forma Ecclesiae. eadem die

479. Annibal Stanzil de Glemona loquens de rebus Fidei, dixisse defertur, Che morto il corpo, sen vaddi l'anima di lungo o nel Paradiso, o nell'Inferno secondo i meriti, o demeriti suoi, negando il Purgatorio; addidisse quoque sequentia verba: Incagherei alla Passion di Cristo, se io dovessi ancor patire. Audiuntur testes, a quibus nihil certi elicitur; ideo siletur. eadem die

480. Joseph del Tasse Villa Feletti Aquil: Dioc: petit absolvi, quia ut vaccam ammissam inveniret, eam praesentare fecit à Narda Uxore Francisci Nardi dal Blas eiusdem Villae. Absolvitur, et salutarij poenitentia ei iniungitur. 21 eiusdem

481. Maria Cattarina Uxor Hieronymi habitans in S. Daniele, ut necem inferat cuidam suo inimico, à quo ipsa necari timet, sub illius cervicali semina quaedam reposuit, ut statim ac lectum ascendit, dormiat: accepit autem semina illa a Maria Ormana incola eiusdem loci; addens aliud superstitiosum commisisse, quod didicit a Maria Bozzà Uxore Jo: Bapte supradictae terrae, ne scilicet sua cuiquam aperiret secreta, cartulam, in qua verba consecrationis scripta erant, ingurgitavit; a quibus petit absolvi. Absolvitur, salutari poenitentia imposita. eadem die

482. Doctor Bartolomeus de Bartolucciis Utinen: sponte se accusat de lectura Comediae, cui titulus La Cortegiana di Pietro Aretino. Itaque Absolvitur cum onere, ut infra terminum triginta dierum teneatur legisse totum librum Ludovici Granatae inscriptum il Simbolo, cum promiss.e de stando mandatis. eadem die

483. Augustinus Minor è Villa Orzani prope Utinum sponte se accusat, una cum Dom.na eius Uxore, et Bapta Michi eiusdem Villae caseum comedisse in Vigilia S. Laurentij; petitque absolvi. eadem die

Vincentius Tosi di Noieret habitans Orzani in Vigilia S. Laurentij lac, et caseum comedisse, ait, cum Mene, idest Dominico, Grisut Orzani, petitque absolvi. 21 Aprilis

Nadal di Face Orzani in eadem Vigilia caseum comedisse, ait, cum Nicolao Minòt Orzani, et Antonio Face eius Germani, eiusdemque Villæ, et petit absolvi. Absoluti fuerunt, cum pœnit. sal. eadē die

484 Valentinus de Valentinis Macheroperus (spadaro) è S. Daniele Aquil: Dioc: non valens matrimonium consumare cum propria Vxore, utitur superstitione, quam nomine, et parte cuiusdam feminæ Valentinæ Vtinensis in contrata Prati clausi degentis, referre debebat cuidam Leonardo eiusdem artis, eiusdemque contratæ, qui eodem impedimento laborabat, mingendo scilicet in porta alicuius Ecclesiæ, quod et fecit per tres menses continuos ad portam Ecclesiæ S. Antonij supradictæ terræ, petitque absolvi. Iurat imposterum similia non committere. Absolvitur, et superadduntur sal: pœnit. eadem die

485. Camilla Vxor Francisci Belhami a S. Daniele sponte se accusat de superstitionibus, quas didicit a Narda, de qua num.° 466, et à Marietta Vxore Blasij dictæ Terræ, ad sanandum ipsius fratrem infirmum, quod tamen ipsa n. fecit, sed fieri permisit à Lucretia Vxore Iacobi Sal. Bel. Absolvitur, eique salutares pœnitentiæ iniunguntur. eadē die

486. Antonius Michelot è Villa Moruz Aquil: Dioc: sponte se accusat, præcantasse Lupum, aliaque veneficia, et incantationes patrasse, veniam, et absolutionem petit. Absolvitur, cum promissione non amplius talia comittendi. 23 eiusd.

487. Julius Capellarius, de quo num. 186. nibus denunciationibus defertur, a superstitiosis ibi omnino a S. Officio vetitis, ingenuis ut in sententia, non abstinere. Quare auditis testibus decernitur esse capiendum, et carceri mancipandum. Aliud non apparet. 24 eiusd.

488. Magdalena del Reportidor è S. Daniele tangendo spatulam Danieli Colami, dolorem adeo vehementem sensit nocte sequenti, ut quiescere nunquam potuerit. 25 eiusd.

Lena, seu Helena è dicta terra eum sanavit, veniam itaque petit errati. Dimittitur cum iuramento non amplius talia committendi.

489. Maria Natolina è S. Daniele præcantare bis fecit Vaccam ammissam per Nardum de Bettin è S. Daniele. Absolvitur in forma cum iuramento non amplius talia patrare. 28 eiusd.

490 Iustus Cozzear è Burgo Ca. hi Decini Aquil: Dioc: frontis fuerit a R. Plebano, ut Vxorem duceret, aliis sortatus fuisset, fastidiens huiusmodi suasionem respondit: audivisse aliquando, che il meretricio non era peccato, idque dixisse, ait, non quia hoc credat, quinimo oppositum sentit, sed ut silentium imponeret ipsi Plebano. Veniam itaque, et absolutionem petit. Absolvitur, iniuncta salutari Pœnitentia. 30 eiusd.

491. Bapta vulgo Repozza è Villa Armaro Aquil: Dioc: invitatus ad Ecclesiam, ut Missam audiret, respondisse defertur: Nel nome del diavolo mai si vada tanto a Messa. 7 Maij

Ioseph Petrouis è Venzono incola Villæ Chiusæ S. Marci Aquil: Dioc: hortatus ut cuidam suo adversario parceret, respondisse defertur: Se credessi ora andare in Cielo, non vi voglio andare per non perdonarli.

Presbiter Petrus habitans in partibus Alemaniæ aliquantulum longe a Malborghetto, dum in Festo S. Leonardi in Ecclesia eiusdem Sancti in Villa Lericis ditionis Imperialis Sacram Missam celebraret, perventus ad consecrationem panis, hæc verba tantum super panem protulisse defertur, scilicet: hoc est; statimque intelligibili voce dixisse: Adoramus te Christe & similiter ad consecrationem Vini perventus, hæc verba tantum protulisse, scilicet: Hic est enim Calix Sanguinis mei, statimque genuflexo dixisse: Hec quotiescumque fecer[itis]

492 Lena, seu Helena, vel Magdalena Filia Valentini Fabricij, alias Gaspar de Contabria veneta coram R. Plebano Tulmatij defertur uti suspecta, quod maleficia operata sit adversus Helenam Vxorem Blasij Micossi de eadem Villa. 12 eiusd.

1601.

Sana Uxor Joannis Bressenai de eadem Contrada apud eundem R. Plebanum defertur ut suspecta de maleficiis adversus Petronillam Uxorem Petri Dussi de eodem loco. In lectulis enim dictarum feminarum ab ipsismet, unà cum aliis feminis diligenter perquisitis reperta iam fuerant quamplura malefica, et exhibita eidem R. Plebano ab ipsismet denunciante, alia verò combusta erant, priusquam hec eid. R. Plebano denunciarentur, auditisq. pluribus testibus siletur.

493 Bapta Lisani habitans in Villa Varmo Aquil: Dioc: monitus ut ab illicitis lucris abstineret, et bona opera ageret, ut post morte saltem ad Purgatorium transiret, Respondisse defertur: Che in questo Mondo bisognava vivere politicamente, perchè nell altro Mondo si andava in fumo, e non si và in Purgatorio, iterumq. monitus ut supra, idem pluries repetiit, imò addidit: Che voleva prendere un Mesale dalla Sacrestia di Belgrado per vendere delle Candele, et altro. Decernit. procedendum, at q: testis citatus ex hac vita decesserat, siletur. 28 Maij

494. Sebastianus cognomento Mantuanus Utinensis sponte se accusat, se legisse cartulas in quibus secreta superstitiosa scripta erant, deinde eas combussit igni, petitque absolvi. Monetur, tales cartulas ad S. Officium debuisse deferre, ei imponitur salutaris penitentia, et absolvitur. 20 Junij

495. Angelus Burlina de Mota Concord: Dioc: tempore Quadrag. lac, et ova comedisse defertur, monitusque de gravitate peccati quoad absolutionem, respondisse: Mi asolverò da me stesso. Verum ex dictis testium, unum tantum coctū lactis solum comedisse habetur, quod et ipse constitutus fatetur, quapropter salutariter penitentiatur, et absolvitur, et ad tollendum scandalum iubetur, data opportunitate loquendi cum eis, coram quibus lac comedit, et dixit: mi asolverò, dicere se male egisse. 26 eiusd.

496. Petrus Lisenti è Portu Gruario ludens aleis actus in rabiem, aleam infra dentes posuisse, et dixisse defert. se avessi Dio in questo modo nelle mani lo vorrei morsicare. Denuncians autem sub silentio talem depositionem haberi, timens ab eo necari. 6 Julij

497 Marcutus filius Marcus . . . . è Villa Annoni Concord: Dioc: defertur, asserere animā rationalē esse mortalē. eadē die

498 Mulier quedam cognomento Rizza incola Portus Gruarij defert. quendam infirmum cum candela Cruce signando benedixisse in suo lectulo, simulque quedam verba submissa voce proferendo, hecque aliis infirmantibus prestare, quoties vocata. Decernitur, constituenda ipsa delatam. Aliud non apparet. 9 eiusd.

499. Carolus Calligarius è Villa Lison Dioc: Concord: defertur, occasione cuiusdam devoti sermonis, quem non nulli boni Cristiani inter se habebant, dixisse: Che l'andar alla Madonna di Cardovato era Idolatria, super quo reprehensus nil respondit, ceterum confitetur, et Eucharistiā sumit, ut alij fideles. 12 eiusd.

500. Sabbada Cirinea è Villa Gruarij Concord. Dioc: defert. varias infirmitates superstitiose curare, et antequam ad ulteriora procedatur, invenitur, extremum diem clausisse. 15 eiusd.

501. Frater Antonius Tomasonus è Portu Gruario Sacerdos, et Concionator Ord. Min. Obs. ob retentionem libri prohibiti, quem dedit cuidam mulieri, a qua elemosinam acceperat, absolvitur ab excommunicatione, et dispensatur super irregularitatibus, addita salutari penitentia. 16 eiusd.

502 Angela Baldissera è Villa Ronchis Concord: Dioc: defertur superstitiose infirmos benedicere. Augusta Zucchetta de eadem Villa de eodem crimine denunciatur. 20 eiusd.

503 Joannes Leonosius Calcearius è Villa Tropproud sub iuribus Abbatie Rosacensis Aquil: Dioc: in eadē Villa Hospitalarius defertur temporibus vetitis carnem comedere, eamque iisdem temporibus hospitantibus apud ipsum apponere, Excommunicat. latā contra omittentes annualem Confessionem, et Communionem, quam annis septem omnisit, parvipendere, ac de Summo Pontifice non bene sentire. 8 Augusti

Audiuntur

Audiuntur tres testes, quorum primus carceratur, eo quod veritatem silere videatur, alter dimittitur pro nunc, ille vero relaxatur à carcere. Aliud non apparet.

504 Gentilis D. Massilius ex Comitibus Pulcinici, et Sanz Concord: Diœc: rogatus à Gentili D. Jacobo ex Comitibus Pulcinici et Sanz consulit quamdam fœminam veneficam, cuius nomen et cognomen penitus ignorat, de Spilimbergo, super infirmitate cuiusdam filij dicti Comitis Jacobi, cuius facti se ipsum, et fœminam accusat, veniam, et absolutionem petens. Absolvitur in forma addita salutari pœnitentia. 8 Septembris
Gentilis D. Jacobus supradictus similiter id fecisse se accusat rogatus a propria Uxore, veniam, et absolutionem petens. Absolvitur in forma, et additur salutaris pœnitentia.

505 D. Candiana relicta q. Clariss: D. Jo: Michaelis Patricij Veneti dum infirmabatur, superstitiosa comisit, quæ dicerat à quadam malefica nomine Dominica Rossa è Contu Drucario, veniam, et absolutionem petit. Pœnitentiatur itaque, et absolvitur Dicta die.

506. Mariella relicta q. Jacobi Tonnitori Utinen: sponte se accusat, superstitiosa commisisse ad inveniendas res perditas, et ad sanitatem sibi, suæque filiæ recipiendam. Absolvitur, pœnitentiatur, iurat non amplius. 10 eiusdem

507. Franciscus Gulielmi Catarinus eiusque Uxor Marietta incolæ Clavani Aquil: Diœc: denunciantur uti de heresi suspecti, eo quod hæreticaliter blasphement, quod in Vigilia omnium Sanctorum dicitur comederunt una cum eius filio dictum, monitaque Marietta, respondit: id nullum esse peccatum. Insuper quod per multum temporis Marietta omnisit auditionem Missæ. Decernitur, esse examinandos testes, ex quibus duo examinatis, invenitur Franciscum factum esse militem in Arce Palmæ, ideo ulterius non proceditur. 13. Novembris

508. Jo: Bapta Cascalius legum doctor Utinen: sponte se sistit coram S. Officio, petitque absolvi ab excomunicatione eo quod retinuit, ac habuit lectionem librorum prohibitorum. Pœnitentiatur, et absolvitur, cum promissione. 16 eiusdem

509 Fran.ca D. Ulissis legum doctoris filia de Colloreto Aquil: Diœc: sponte se accusat, plures superstitiosa commisisse, veniam, et absolutionem petens, ac iurans non amplius talia committere. Pœnitentiatur, et absolvitur. 21 eiusdem
Virginea Jo: Pordenarij filia de Colloreto, una cum dicta Fran.ca, eadem fecisse accusat, veniam, et absolutionem petens; Absolvitur, promittitque ab his imposterum abstinere.

510 Jacobus filius Jo: Tosi de Rivignano Aquil. Diœc: cum ex alijs socijs deferuntur carnes comedisse in Vigilia S. Andreæ Apostoli, et in nocte unius sabbati. Proceditur ad examen testium, et accersito uno ex principalioribus testibus, invenitur, aliquos ex denunciatis esse defunctos, quosdam occisos, alios vero per Judices seculares ob alia delicta peritos, excepto dicto Jacobo, tamen siletur. 19 Decembris

511. Victoria Græca habitans in Arce Palmæ defertur superstitiosa quædam in domo propria committere, et hæc quidem ex aliorum dicto denunciantur. 22 Januarij 1602

512 Blasius dictus Capomastrius satelis in Pago Valvasoni Concord: Diœc: defertur dixisse non trovo il meglio Paradiso, che mangiare, e bevere in questo Mondo. Decernitur, procedendum ad examen testium. Aliud non apparet. 12. Aprilis

513 Henricus Zinchelius Erphodiensis in Turengia natus in Pago Tondorf. Lutheranus sponte se sistit coram S. Officio, et per abiurationem heresum, petit reconciliari S. Rom.æ Ecclesiæ. Abiurat itaque, et per absolutionem ab excommunicatione, S. Ecclesiæ Romanæ reconciliatur. eadem die
Adamus Urbanus Frankotteissensis natus in Pago Leppoli Wrdavensi Lutheranus similiter reconciliatur S. Rom.æ Eccl.æ 3.a eiusdem
Martinus Spinceinger Ungarus Presburgensis natus in Civitate Presburg: S. Rom.æ Ecclesiæ pariter reconciliatur.

514 Antonia Tramaiara Utinen: non semel superstitiosa comittere visa est, et ut malefica denunciatur. 13 eiusdem

515 Eques Antonius Bianconi de Venzono Aquil. Diœc: habens domi suæ mulierem lutheranam, quæ tempore Quadragesimæ carnes comedit, et Mathæum Ceiser lutheranum, et monitus, ut eos ejiceret è domo sua, 10 eiusdem

respondisse plures

respondisse pluries defertur: Quando il Sant' Officio mandarà via costei, io ne troverò una più luterana di lei, e quando manderà via questo servitore, io me ne troverò un più Luterano di lui.

516 Mathęus Keiser Supradictus de Villacco Imperialis Ditionis Lutheranus sponte se sistit coram S. Officio, et petit reconciliari S. Romanę Ecclesię. Previa itaque ipsarum abiuratione, ac cathol. Fidei confess. reconciliatur S. Rom. Eccl. 16 Aprilis

517. Ioannes Costa è Villa Forgaria Aquil. Dioc.: feminas tangendo, quecumque ipse vult, illę facere coguntur, sancitur, procedendum esse ad formationem processus. Aliud non apparet. 17 Maij

518 Sanctus Cappellari in Villa SS. Hermagorę, et Fortunati caseum comedisse defertur, eique dictum, quod si in tali peccato moreretur, damnaretur, respondit: Che a Casa del Diavolo non vi vano nei Fuachi, ne gli Covei. Decernitur, procedendum ad examen testium. Aliud non apparet. 31 Julij

519 Bernardus Columbus Tabernarius in Terra Sacelli de quo num. 367. sponte se accusat, iterum se contulisse Villacci, ubi per plures dies Sabbati, et die uno Ieiunij carnes comedit. Absolvitur, et previo iuramento de stando mandatis Ecclesię, iubetur decem diebus Sabbati ieiunare, iisque diebus septem Psal. pœnitentiales flexis genibus devote recitare. 9 Novembris

520 Erasmus Savona Medicus in Portalito Latinę defertur, carnes comedisse in Quadragesima anni 1601, et hoc quidem testes deponunt, sed ad ulteriora non proceditur. 5 Decembris

521 Fr. Franciscus Beigradus Clericus Utinen. Ord. Servorum B. M. V. loquens de quodam viro simplici, dixisse fatetur: quest'Uomo è stato fatto da Dio, mà non è qui tornato a vederlo. Absolvitur, ac iubetur sextis feriis per mensem integrum ieiunare, suumque errorem coram Fratribus fateri in loco, ubi deliquit. ij Januarij 1603

522 Uxor Iacobi Ciani è Villa Berthiul Aquil. Dioc.; tamen duas de domo Ill. Savorgnanorum ut ubi ac succederet, edocta fuit à quadam femina, ut è nuce nucleo ablato, eandem suo lacte repleret, eamque obturaret: quod cum fecisset, inventa est alia femina per multas horas minime mingere posse, adhibitis etiam pluribus remediis, quare coacta fuit ab illa veniam petere, apertaque nuce, illa statim mingere cepit, restituitque alteri lac. 12 Martij

523 Andrijna Vetula è Villa Romanduli Aquil. Dioc. superstitiosa committere defertur ad sanandas infirmitates. 14 eiusd.

524 Leander Varottus è Villa Prasenise Serenissimi Archiducis dixisse defertur: Lui tosto andaria a casa del Diavolo che andar alla Messa del suo Pievano di Palazzolo, e se avesse bisogno di Sacramenti, più tosto, che mandar, o ricercar da esso, morirìa dannato. 17 eiusd.

525 Ludovicus de Franceschinis Flemonensis Medicinę Doctor petit absolvi, quia nonnullos hereticos omisit denunciare Sancto Officio Paduę. Absolvitur. dicta die

526 Fulvius Aragonus Utinen.: tempore Quadr. carnem ovillam comedisse defertur, Audito unico teste, siletur. 24 eiusd.

527 Fran.cus Marcutius sponte se accusat, plures libros prohibitos legisse, experimenta quoque Cornelij Agrippę et Petri de Abano manuscripta, experimentum semel ad amorem, bis vero experimentum cribri fecisse, veniam petens, et absolutionem. Absolvitur, et penitentiatur, iuratque stare mandatis, et talia [illegible] 25 eiusd.

528 Severinus Miarus Bellunensis defertur, apud se plures libros vetitos habere, experimenta quoque Cornelij Agrippę, et Petri de Abano. Decernitur, mittendam esse huiusmodi denunciationem P. Inquis. Belluni. 26 eiusd.

529 Daniel Fabritius legum doctor Utinen.: se accusat, semel legisse Demonomaniam Bodini, ignorans talem librum esse prohibitum; veniam petens, et absolutionem. Absolvitur in forma. dicta die

530 Io. Baptista Bragadinus Nob. Venetus defertur, non semel dixisse, amore se captum esse erga quamdam Monialem quam cupiebat carnaliter cognoscere, per hoc solum, ut scilicet cornutum redderet Xpum Dnum, sciens Moniales de iure canonico sponsas esse Christi: Addens, quod si ad Celum iret, vellet preposterè cognoscere Angelos eadem die

re Angelos, et Arcangelos, quia cum sint flos pulchritudinis, mirabilem de eis caperet delectationem, mul-
taque alia impudentissima, et infamia eructavit, quorum denuncians non recordatur; incantationibus
quoque, et maleficiis studuisse, ait idem denuncians.

531 Jo: Bapta Pasquale IVD. Utinensis de ommissione denunciandi, deque lectione librorum prohibitorum
sponte se accusat, humiliter absolutionem petens. Absolvitur, iniuncta salutari penitentia. 26 Mar.

532 Franc.cus de Caulis è Villa Flumignani Aquil. Diec.; ut inveniat carnem suillam furto sibi ablatam vocat ad 27 eius.
se . . . . Viduam relic. q. Petri Pegnat eiusd. Ville, que eo vidente, sortilegium cribri commisit. Penitentiat. et absolv.

533 Zampasse è Villa Lauzachi Aquil. Diec: incantationes, seu presentationes fecit, ne lupus animalia sua offenderet. 9 Aprilis

534 Jo: Bapta Brattolius Utinen: defertur apud se habere libros prohibitos, paginas carateribus ignotis conscriptas, 16 dict.
aliaque superstitiosa: sed cum absit extra Patria, non proceditur ad ulteriora.

535 Bartolomeus Martinuzius, alias Monè è Villa Attimis renuens auxilium prebere, ut edificetur nova Ecclesia in dicta 25 April.
Villa dixit coram Communi eiusdem Ville che tanto gli valeva adorare il Diavolo, che Dio. Devenitur ad examen
testium, quibus auditis, ipsoque reo constituto, statuitur, dum revocare debeat illam propositionem in Eccle-
sia Parochiali sue Ville, veniamque petere a Populo de scandalo ei illato, dum sacra missa celebrabitur à
Rev: Parocho Dom.ca prima Quad.e; insuper in eadem Quadrag. bis confiteri, et Eucharistiam sumere, ac sin-
gulis sextis feriis eiusd. Quad.e Coronam B.V.M. recitare teneatur; fidemq. de peractis penitentiis S. Officio deferre.

536 Jacoba Pittacola, de qua num.o 332 defertur, medicinam dedisse cuidam infirmo è Villa Cordenons Concord: Diec eadem die
cuius cincturam sibi delatam restituit iis qui eam illi detulerant iubens, ne dicta cinctura præcingeretur infir-
mus, nisi post diem Jovis futurum.

537 Carolus Tassinus incola Ville Murzane Diec: Aquil: defertur, equum ascendere, dum Rev: Plebanus celebrat Missam, 3 Maij
et ad Ecclesiam S. Spiritus equitando se conferre, in eandem super equum intrare, et campanullam sonare, que
ad elevationem SS: Sacramenti pulsatur, dum celebratur Missa; die quadam, dum idem Parochus sacramentales
confessiones audiret, dixisse: Io voglio andar a far hoc est à mostrar di confessarmi, per coglionar il Prete, ed andò à
confessarsi, ma poi non si communicò; In Festo D. Marci, quod accidit die Veneris carnes comedisse, quasdam litanias
cantare, dicens: Sancte Diabole ora pro nobis, Sancta Zandussa ora pro nobis; dixisse, che non vede l'ora, che dio lo
remova p andar in Tineura, non semel duxisse in dicta Eccl.a suum equum ad bibendam aquam benedictam;
dixisse, che Iddio non vede la Notte, et D. Blancam eius Cugnatam asserere: che li fijiuoli del Diavolo vanno à
ballare la Notte nella Camera di detto Carlo. Devenitur ad examen septem testium, è quorum dictis Reus
gravatur, qui timens carceri mancipari, arripuit fugam. Tandem habita notitia, quod in Fortalitio
Palme reperiatur, ne accipiat fugam, statuitur, P. Inquisit.rem illuc se conferre, eiusque constitutum accipe-
re de plano, et prout sibi melius videbitur, vel curet in carcerem coniici, vel quod compareat in S. Offo. Aliud
non apparet.

538 Daniel Asinius Pictor Utinen. defertur ex cera rubra fecisse diabolum parvulum alatum ad instantiam cuiusdam 11 dict.
femine Sclavone, eumque in ampulla vitrea reposuisse. Angelus Chiarius Utinen. auditis tribus testibus, siletur.

539 Mulier quedam innominata è Villa Arzane valdè indiciata, mortem intulisse adolescenti, S. Officio defert. uti venefica. 30 eius.

540 Aquilantes Paulitti Utinen: in Quad.a carnes comedisse defertur, audita eius famula, invenitur carnes come- 9 Aug.
disse, dum infirmabatur.

541 Dom.cus Tosor Sclauus è Villa Brazzà Aquil: Diec: defert. impedimentum posuisse inter Valentinum Sclauum 10 dict.
de S: Margarita, et Dom.cam de Villa Reana sponsos, ne matrimonium consumare possent; idque fecisse ad ins-
tantiam Pauli Matis Valentini, quia Matrimonium contra eius voluntatem contraxit cum dicta Dominica

1603

542 Josepha Uxor Valentinj Zampi Utinen: in Vigilia S. Laurentij relevante eius tertio de Villa cibos preparavit caseo conditos; et eo dicente sibi, che era Vigilia, illa respondit. Dio ce'l perdoni, faremmo la vigilia un'altra volta sicque simul comederunt de cibo vetito. Penitentiatur, et absolvitur. 16 Augusti

543 Fr. Bonav.^ra Ibona Ord: Min: de Obs.^tia de Codlacca Diœcesis Concordie defertur dixisse, concionando: Che Dio non perdona li peccati alli peccatori. ipseque personaliter coram S. Officio se sistit, seque declaravit inte dixisse de viventibus obstinate in peccatis, et nolentibus converti, addens preterea, in sermone concionandi an satis se explicaverit, nec ne, huiusmodi tamen ait fuisse eiusdem intentionem. Quibus auditis remittitur ad suum Conventum, eique precipitur, ne discedat à districtu Concordie absque licentia P. Inquis. Utini. Interea examinantur nonnulli Fratres eiusdem Ordinis super predicta propositione a dicto F. Bonav.^o prolata inter concionandum; quo facto sua restituitur libertati, ut possit ire quocumque velit. eidem tamen precipitur, ne imparatus ad concionandum accedat, et si quandoque habuerit sermonem de remissione peccatorum, se explicet super articulo in denunciatione exposito, quod scilicet deus non parcit peccatoribus, nisi penitentibus. 10 Octobris

544 Nobilis quidam Venetus cognomento Michaeli coram duobus Sacerdotibus loquentibus de donis Christianis Deum timentibus, eisdem detrahere cepisse defertur, et dixisse: se io fossi nato turco, o moro, vorria vivere sotto quella legge, e adesso, che son Cristiano, voglio vivere sotto questa fede, perche sotto l'una, e l'altra osservandola si può salvare. addens proptus propositionis confirmatione: Deus vult omnes homines salvos fieri. 6 Decembris

545 Magdalena Uxor Iacobi Ragugna habitans in terra Portus Naonis, iteratis vicibus agit cum Iacobo Piacola ad effectum inveniendi marganitas, quas perdiderat Uxor Pasqualini Avantij è dicta terra, rogata sibi ignosci 9 eiusdem

546 Marinus Laura è Villa Platischis di Schiavonia Aquil: Diœc: damnato observationes abstinendi scilicet à quibusdam operibus certis diebus, velle omnino evitare defertur. insuper iubileum contemnere, et ore proprio coram pluribus dixisse: non credo in Giubilei, nè maine hò pigliati, nè maine piglierò. Aliud non apparet. 10 dicti

1604

547 Fr. Vincentius ab Athieste Ord. Predic: ^rum^ Officio Concionator, dum in Eccl.^ia S. Petri Utini concionem haberet ad populum quem ad faciendam magnam elemosinam hortari vellet, dixisse defertur: Che Iddio commandò nel testamento vecchio à Mosè, che facesse un Vitello d'Oro, e che lo facesse adorare. e che le donne per adempiere questo commandamento, si levorono gl'Ori d'intorno per fabricare questo Vitello. Auditis testibus nihil extat probatum. 4 Januarij

548 Jo: Bapta Dean è Villa Chiasottis Aquil: Diœc: sponte se accusat, una cum Fran.^co et Leonardo Cittana è Villa Cornazzai eiusdem Diœc: superstitiose è terra elevasse quendam adolescentulum, duobus tantum digitis capiti eius suppositis, duobus à latere dextro, et duobus à latere sinistro, ac si nihil gravitaret, verba sequentia proferendo: Alzaremo questo corpo morto di sopra terra, duro come un sasso, e lizier come una piuma, e và là in Nome di Dio. Adolescens quippe ille stans super terram, sicut cadaver in feretro, ad prolationem dictorum verborum elatus fuit à terra, ac si corpus, et membra eius inflexibilia facta fuissent sicut membra cadaveris; sponte comparens absolvitur. Franciscus, et Leonardus constituuntur, à quibus illigitur, prefata verba didicisse à Jo: Dominico Bertiz è Villa Strizonani incola Ville Cornazzai. Itaque ipsis sinientes salut. penitentia absolvuntur. Tandem subito constituto Jo: Dom.^co Bertiz absolvitur, eidemque iniungitur, ut in Ecclesia Cornazzai confiteatur, et communicet in Nativitate B. V. M., ac in eius Vigilia, et tribus sextis ferijs sequentibus ieiunet, singulisque diebus coronam B. M. V. recitet, et de peractis penitentijs fidem R. Curati S. Officio deferat 9 eiusdem

549 Valentinus Almenia è Villa Velligni de S.^to Vito sive Pieve in Carnea defertur, in partibus Aduabij varios errores 30 eiusdem

erroribus et heresibus publice loqui, quod scilicet sacerdotibus missam celebrantibus diabolus assistit stans super altare; propterea tot cruces faciunt in Missa, quia diabolum vident, habentque tot cruces in vestibus sacris, eo quia non possent hostiam sacram elevare; Deo soli esse credendum; diabolum Deo esse maiorem, quia diabolus plures animas habet in Inferno, quam Deus in Paradiso; sanctam Missam non esse audiendam, nullius esse valoris; Non esse adorandum Filium, et Spiritum Sanctum, sed solum Patrem, sicque negare Trinitatem in Divinis; Quidquid sacerdotes docent, monendo populum, esse nugas, totumque divinando dicere, et idem de sancta Missa asseruisse; Purgatorium non dari; Deum non esse Deum; Deum cum Diabolo litem fecisse, et perdidisse. Constitutus itaq. Valentinus ipse, nunc admiratiue, nunc audacter, nunc subridendo negat sibi obiecta, vel se excusat, quod forsan sic locutus fuerit in ebrietate, affirmans se malam non habuisse intentionem. Iubetur itaque in Ecclesia Parochiali Cadubrij cum ingens adesset populus eidem veniam petere alta et intelligibili voce de illato scandalo ob errores, et heresis prolatas cum promissione non amplius loquendi, disputandi, seu contentiose verba faciendi de articulis fidei ...
550 Angela Uxor Valentij Magrini incola Portus Naonis habens infantulum infirmum, vocat Iacobam Cibracolae de qua num.° 303, a qua oleum accepit, et sanatur. 19 Febr.
551. R.dus D. Bartolus de Augustinis Curatus Villae Avregne Aquil: Dioc: defertur suscepisse filios, et filias ex muliere, quam tenet, ac si esset ipsius Uxor, et ut vitet poenam latam contra baptizantes infantes extra dictam Villam, quod dicta illa foemina suscepit infantes baptismo causa cepit et facit, quae quidem foemina cui nomen Iacoba Marcuta, ea vnesemedisse temp. Quadrag.e similiter denunciatur. Sancitur procedendum contra dictam Iacobam circa vero Presbiterum extraiudicialiter animadvertendum. Aliud non apparet. 3 Apr.
552 Vincentius Vandode Sacillo duabus denunciationibus eum non nullis alijs ludens dixisse defertur: Io non an vecco. . . . che crede in Cristo, atque insuper cum stat in Ecclesia, terga vertere ad elevationem Sanctissimi. in die
553 Angela Uxor Ioannis Pittise Villae Chiavelli Aquil: Dioc: dum iter fecerit quadam die invenit plaustrum, cui superpositi erant duo sacci frumento pleni, petiitque a Vectore illius plaustri, che biada fosse in quei sacchi! eoque respondente, se nescire, ipsa digito tetigit unum ex illis saccis, et paulo post ipsa abeunte, omnes illi sacci ruerunt ad terram. Decernitur deveniendum ad examen testium. 15 eiusd.
554. Aquinus Turra e Villa Durro Dioc: Concord. defertur apud se habere librum continentem maleficia. 7a Mai
555. Marcus Ant. Mouta Portus Naonis defertur, coram pluribus se mere dixisse: Deum homines edocuisse peccatum mollitiei committere. Auditis testibus, ipsoque constituto, dum fatetur errorem, promittens non amplius talia committere, et proferre. Iubetur itaq. confiteri, et communionem accipere in Nativitate Domini, et per duos menses qualibet sexta feria septem Psal. Poenit. cum Litanijs Sanctorum, flexis genibus recitare, fidemq. de peracta poenitentia S. Officio deferre. 18 eiusd.
556. Elisabeth Uxor Franc.i Scatarij de Sexto Concord: Dioc: coram pluribus ipsius parentibus dixisse defertur: che le orazioni niente giovano ai morti; che morto il corpo, sono disfatti gli ossi, e ridotto ogni cosa in cenere, e non vi è più ne corpo, ne anima; super quibus monita, eadem verba repetiisse; ex dictis testium dixisse etiam de semetipsa fertur: de quanto a me, quando sarò morta, non mi curo, che mi mettino più in un luogo, che in un altro, e non mi curo di Pater noster, ne di Ave Marie; Ieiunium insuper non servare, et rarissime sanctam Missam audire solitam fuisse. Ipsa igitur sponte coram S. Officio se sistit, et illacrimans ex sibi oppositis aliqua fatetur, aliqua excusat, et aliqua negat. Absoluitur itaq.; et reservatur facultas iniungendi sibi salutarem poenit.m et assignandi modum, quo se retractare debeat. Aliud non apparet. eadem die
557. Colaus seu Nicolaus Toni e Villa Palazzuol Aquil: Dioc: dixisse defertur, B. Virginem, et alios Sanctos 21 Iun.

ctos nondum in Paradisum esse receptos. Audito unico siletur.

558 Paulus Fusarius e Viren: dixisse defertur: Che quella Madonna, che stà dipinta avanti la sua casa, è causa della sua ruina, che è una puttanona, che Dio è un becco . . . , e che la nostra Fede non è buona. Hæc denunciatio facta fuit apud Illrium Capitaneum Glemone, et per eundem missa R. Inquisitori. Aliud non apparet. 29 Junij

559 Paulus Fusarius predictus de iisdem criminibus, ac blasphemiis denuo denunciatur, ea propter decernitur deveniendum ad capturam ipsius, eo quod de eius fuga timeatur. Aliud non apparet. 29. Julij

560 Xristophorus è Villa Sacci Aquil. Diæc. dum nocte quadam ebriusesset, dixisse defertur, B. Virginem post partum hominis cognovisse. 0 Augusti

561 Jo: Bilianus dictus Vallacca è Villa . . . . in Carnea Aquil. Diæc: inter cenandum, cum discumbentibus dixisse defertur: Puttana di Dio incagò alla messa, et a chi l'edificò, et reprehensus ab iisdem, iterum dixit. Puttana de Dio incago a Dio, che posso anto che lui, quas blasphemias variis temporibus pluries repetit. Iubetur prefata scribenti Archidiacono Tolmatij, sumere denunciationem, et formare processum. 31. eiusd.

562 Stephanus Cancianus è Villa Sauris in Carnea Aquil. Diæc. recepit in suo hospitio advenas in die Sabbati, quibus in mensa brasicas oleo coram ipsis conditas apposuit, at unus ex illis inter edendum parum lardi in Cattino reperit, omnes igitur super hoc mirantur, et statim ab esu brasicarum cessant. Conficitur processus, putantque testes id casu accidisse. 8 Septembris

563 Joannes Billianus dictus Vallacca, de quo supra num.o 561. iuxta mandatum R. Inquisitoris processatur super sibi oppositis, et ex testibus alii eum accusant, alii econtra eum uti ebrium excusant. Aliud non apparet. 30. Octobris

564 Mattheus Caravronus Veronensis habitans in Castro Frattine Concord. Diæc. a multis annis annuam confessionem et Communionem omisisse defertur, Carnes temporibus vetitis comedisse, modum vivendi hereticorum Genevensium commendare, et alia prava perpetrare, per quæ eiectus fuit è dicto Castro. Audiuntur testes, ex quibus alii contra ipsum deponunt, alii non recordantur eorum, de quibus interrogantur. Aliud non apparet. 14 Novembris

565 Fr. Felix de Insulis Utinensis, Fr. Angelus Mira de Vincentia, et Fr. Jo: Baptista Balichi è Villa S. Joannis Blanchi districtus Civitatis Bergomi Ord.nis Min. de Obs. habitantes in Conventu S. Fran. à Vinea Utini cum quibusdam aliis Fratribus dictæ familiæ disputationem instituisse deferuntur: quonam corpora modo reperiantur in Cælo, et acriter sustinuisse contra istos, unum tantum corpus, nempe Jesu Xpi Dñi nri ibi esse, Beatissimamque Virginem cum corpore minime assumptam fuisse in Cælo, addentes nos non teneri id credere sub mortali labe, sed unumquemque credere posse quidquid sibi libuerit, supperaddentes, neque teneri sub mortali credere quidquid credit Sancta Mater Ecclesia, neq. S. Rocum, neque alios Sanctos esse Sanctos in Paradiso, quia hoc nobis sub mortali Ecclesia non precepit; Ex testibus autem colligitur, dictos Fratres asseruisse, nos sub mortali non teneri credere, S. P. N. Fran. Sacra Stigmata in suo corpore portasse a Xpto Dño impressa, Ecclesiam insuper in Sanctorum Canonizatione errare posse. Auditis testibus, ipsi Fratres personaliter coram Sancto Officio sistentes, errasse fatentur, veniamque humiliter petunt. Confecto processu penitentiantur, et absolvuntur, ut videri potest in Processus calce sub die 19 Januarij 1605. Sedente pro Tribunali Revdo. P. Inquis.re in Refectorio dictorum Fratrum omnibus de familia presentibus. 30 Decembris

1605

566 Joannes filius Raiach à terra Chiseina Diæc: Segne cum esset annorum decem captus à Turcis, varie eius in fide constantia tentatur, crudeliter adeò verberatur sub pedibus, ut digitos omnes amittat: Circumcisioni coacte subiicitur, et semper in fide constantior apparet. Deo adiuvante arripit fugam, et S. Officio se sistens, humiliter absolvi petit, et absolutionis beneficio digne videatur. Laudatur itaque eius in Fide Catholica constantia, eique Paterna benedictio impartitur a P. Inquis.re, qui et precipit recipi ad omnia Sacramenta Ecclesiæ, uti bonus, et fidelis Catholicus. 5 Februarij

567. Jacoba Uxor Petri Ligulariæ è portu Naone Concord. Diæc: se passam fuisse, ait, dolorem stomaci, ad quem 9 eiusd.

fugandum

fugandum Phisicorum medicamenta non profuere; sumpsit ergo medicinam paratam ab illa Jacoba Pittacola, de qua num. 532, et 536.

568. Jacoba Pittacola, de qua supra, defertur medicinam dedisse cuidam Franceschinę Uxori Flaminij Farmacopolę. 12 Februarij

569. Aquinus Turra, de quo num. 381, et 554 defertur habere apud se duos libros prohibitos, quos paulo post denunciationem mittit ad Sanctum Officium. 2 Martij

570 Catharina Uxor Angeli Braussini Molendinarij de Turbiliis Concord. Dioc: incola Portus Naonis, per ipsummet suum virum defertur, ob infirmitatem Stomaci medicamentum petiisse a quadam Lamia, cui nomen Tomasina de Spilimbergo, quę medicinam dedit ipsi deferenti tribus diebus sumendam cum brodio, et pittimam supraponendam stomaco ipsius Catharinę, sed cum vehementiorem sentiret dolorem, eam in ignem proiecit, quę statim et crepitare cepit, et intollerabilem emittere fetorem. 9 eiusdem

571. Jacoba Pittacola defertur, suis fascinationibus damnum intulisse supradictę Franceschinę, a qua iniuria affecta, statim flexis genibus veniam petiit, et abiit. 11 dicti

572. Gasparina Uxor Jacobi Brenuzzi è Villa Pozzuoli Aquil: Dioc: sponte se accusat, accersisse scilicet quamdam feminam veneficam, cuius nomen ignorat, ut Luciam ipsius Comparentis sororem infirmantem sanaret. Absolvitur, eique salutaris penitentia iniungitur. in eiusdem

573 Jacoba Pittacola triplici denunciatione sub eodem die defertur à suis fascinationibus minime abstinere. 14 dicti

574 Marculina relicta q: Laurentij Denarij Aromatarij è Portu Naone, ut sciret, quinam vir, et cuius artis futurus esset ipsius Maritus, cribrasse ait, in Nocte S. Jo: Baptę cinerem post terga, nihil omnino dicens, postea dormivit, cumque mane surrexisset, vidit in illo cinere vasa conficta iuxta formam vasorum, quibus utuntur Aromatarij; datque in Matrimonium supradicto Laurentio, tunc cognovisse, ait, verum esse quod indicaverant vasa in illo cinere conficta. Similiter se accusat alia superstitiosa fecisse ad inveniendas res perditas, unde veniam petit, et absolutur. eadem die

575. Barbara rel: q. Jo: Baptę Naonij Mercatoris Pannorum in Portu Naone, ut sciret, utrum nubendo, bonam, vel malam fortunam habitura esset, in Nocte S. Jo: Baptę duo pira plantavit in equali solo, quorum alterum signatum magis excrescebat, bonam fortunam, si vero minus malam indicabat fortunam, aliaque superstitiosa fecisse, narrat, et veniam petit. 15 eiusdem

576. Jacoba Pittacola de preteritis suis fascinationibus iteratis denunciatur, timens se necari, alias fascinationes, et maleficia efficere se sed offert. eadem die

577. Laurentia . . . de Goritia fascinationibus, et maleficiis infirmitates curare defertur. 16 dicti

578 Jacoba Pittacola tribus denunciationibus defertur, suas exercere superstitiones. eadem die

579 Jacoba Pittacola, Lucretia Morzana è Portu Naone, et Margarita Uxor Fran: Moro è dicta Terra deferuntur ut Lamię. 19 Junij

580 Joannetta Montagna Clemonensis incola Portus Naonis plura superstitiosa commisisse ait, in Nocte S. Joannis Baptę, eaque in sua spontanea depositione singillatim recenset. 20 eiusdem

581. Lucretia Mantica Uxor Jo: Danielis è Portu Naone defert Aquinum Turram de eadem Terra, quod scilicet gloriatus fuerit se scire quasdam superstitiones; Feminam quamdam, cui nomen Altadonna Malacrea de S. Vito esse Lamiam; Rochum Sutorem incolam S. Viti veneficiis usum fuisse ad contrahenda matrimonia; aliam similiter feminam, cui nomen Aurora è Villa Mathurę esse lamiam. Quibus delatis seipsam accusat, multas superstitiones edoctam, usam fuisse iis, ut sciret, cui viro esset desponsanda; de omnibus veniam petens. eadem die

582. Beatrix Jo: Danielis Manticę filia è Portu Naone sponte se accusat de superstitionibus factis ad sciendum cui nubere deberet. eadem die

583 Elena Uxor Antonij Mantica è Portu Naone similes superstitiones fecisse, se accusat, ut sciret, cuius sponsa futura esset. eadem die

584 Jacoba Pittacola triplici denunciatione sub eadem die . . . defertur, suis adhuc veneficiis incumbere. 22 eiusdem

585 Aquinus

585. Aquinus Furra, de quo supra a semetipso dixisse defertur, secretum superstitiosum habere ad feminas trahendas, quinimo per hoc caveri eius consortium. 23 Martij

586. Michael Daneu è Villa Merlana Aquil. Diec. defertur uti suspectus de heresi, eo quod asserat, sacerdotes per peccatum mortale potestatem ammittere sacerdotalem; sacerdotes valdè abhorrere, pluralitatem sacramentalis confessionis reprehendere, suisque domesticis prohibere, ne missas celebrare faciant pro defunctis. 24 eiusdem

587. Elisabeth Claudij Spimani filia è Villa Methuna Concord. Diec. defert, Dnam Antoniam Fabris de eadem quadam nocte sub hora secunda visam fuisse super Cœmeterium Ecclesiæ eiusdem Villæ unà cum Angela Quartarola querere ossa mortuorum. Deinde ipsamet Elisabeth se accusat superstitiose egisse, ut sciret quinam moriturus esset eodem anno, et cui viro in matrimonium esset tradenda. eadem die

588. Fulvius Bondelus Nuntius Utinen. tribus vicibus Quadrag.ᵉ semel pisces, et ova et carnem pluribus comedisse defertur. Audito Excᵐᵒ Medico, qui eum infirmantem ante Quadrag. curaverat, siletur. 24 dicti

Justina q. Philippi Angelini Utinen. defert quandam feminam dictam la Longa è Villa Cassani Aquil. Diec. uti lamiam; Dein. se accusat de superstitionibus factis, ut sciret quemnam maritum habitura esset. Vide supra n.º 587.

589 Julius Capellarius, de quo n.º 310, 290, et 319 defertur suis adhuc superstitionibus et veneficiis uti ad sanandas infirmitates, et maleficiis praesentare infirmos. Audiuntur testes, qui tamen vel deponunt de alieno, vel nihil scire respondent. 16 eiusdem

590 Dom.ᶜᵃ Uxor Fran. Veneti incola Portus Naonis se accusat superstitiose egisse, ut Amasius, qui eam reliquerat, ad eam rediret. Sortilegio interfuisse, dum ipsa gravida esset cum puellis ad inveniendum furem universalem. 27 dicti

591. Corona Uxor Andreæ Bologna de Plebe Aviani Concord. Diec. se accusat, lasanas (lasagne) cum brodio die Veneris viro suo petenti apposuisse ad comedendum. eadem die

592. Angela Uxor Antonij de Caballis de Portu Naonis se accusat accersisse Iacobum Pitacolum, ut paralyticum suum filium, quem putabat fascinatum, sanaret; deum itaque adurgendum illum eidem exhibet, deinde medicinam parat dicto Antonio, qua sumpta, tanto dolore corripitur, ut se mori putaret. dicta die

593. Rosa Uxor Fran. de Caballis hoc idem S. Officio defert, quod supradicta Angela Uxor Antonij de Caballis. 28 dicti

594 Joanna, vel Ustina, quod est Justina Uxor Fran. Brugnera è Villa Zoppoli Concord. Diec. defert, sponte se docere voluisse secretum ad trahendas feminas. Accipiatur, inquiens, rana, claudatur in Pixide (bossolo) perforata, et bene claudatur, deinde reponatur super Altare, cumque sacerdos celebrans missam ait: Dñus vobiscum, dicatur ei: tu tel menti per la gola. 29 eiusdem

595 Bradamantes Veneta, superstitiose illuminare cæcum attentasse defertur. 3 Aprilis

596 Galeatius de Galeatijs Tolmetio Aquil. Diec. sponte se accusat legisse absque licentia vetitos libros, et veniam petit. Absolvitur in forma, addita ei salutari pœnitentia. 4 dicti

597. Antonius Maritus dictæ Angelæ de Caballis eodem modo se accusat, quo eius Uxor, addens in Vigilia SS. Simonis et Judæ una cum Bastianutto è Villa Roveredi Aquil. Diec. pullum comedisse, se excusans, quod quamvis sciret esse diem Vigiliæ dictorum sanctorum, non tamen putabat ipsos sanctos esse Apostolos. 5 eiusdem

598 Petrus de Rubeis de Tolmatio ætatis suæ annorum octo sponte se accusat, tempore baccanaliorum petiisse a Pulsatore Campanarum Ecclesiæ dicti loci albam, et cingulum, sicque indutus, praecedente Joanne Pizzo aquam non benedictam cum aspersorio deferente, ibat per domos benedicens, ac dicens: Requiem æternam dona eis Dñe, et lux perpetua luceat eis. Addens, se id fecisse flexibilitate iuvenili, non animo sacras Ecclesiæ Ceremonias contemnendi. Iniungitur itaque ei salut. pœnitentia, et absolvitur. eadem die

599. Joannes Zognatus de Cerreto Aquil. Diec. in nocte unius sabbati se accusat carnes comedisse cum Josepho de 7 dicti

Ivenis

de Irenis supradicti loci: D. Bernardino Antonini Utinensi, et alio dicto Chichin, pariter Utinensi, quas tamen carnes eis apposuisse, ait, Jacobus Calce in Villa Montagna.

600 Blasius Coper q. Antonij Spitolin Carintia sponte se accusat, quod cum duobus annis elapsis ex lutherano factus sit Catholicus, tamen occasione, seu potius suggestione quorundam militum lutheranorum, carnem tribus diebus sabbati tempore baccanaliorum, et quattuordecim diebus Quadrag.ae immediate subsequentibus comedit. Ne vero in peiora laberetur, relictis socijs ad catholicos transmigravit, veniam humiliter petens et absolutionem, cum promissione, de cetero amplius talia committere. Absolvitur in forma Ecclesiae, iniuncta ei salutari penitentia, et dimittitur. 8 Aprilis

601 Joannes Fioravante Tervisinus incola Utini sponte se sistit coram S. Inquis.ne ob lectionem libri prohibiti, veniam humiliter petens, et absolutionem, quae ei impertitur, iniuncta salutari penitentia. dicta die
Paulus Zacchiutus Utinen: propter eandem lectionem librorum prohibitorum se accusat, et ipse pariter absolvitur iniuncta salutari penitentia.

602. Maria Uxor Hieronymi Boccalini de Portu Naone cupiens scire, quinam futurus esset ipsius Maritus, quoddam efficit in nocte S. Jo. Bap.tae, et dum in lectulo accumberet, lumine etiam accenso, venit diabolus sub specie horribilis leonis, et ascendit super lectum; ipsa vero magno timore correpta, vocavit duas feminas, ut sibi in auxilium occurrerent, et monita ut signaret se signo S. Crucis, quo facto, statim Diabolus discessit. 28 dic.

603. Femina quaedam innominata de Portu Naone denunciatur ut venefica. 10 May

604. Cornelia Uxor . . . . Zacconai incola Portunaonis defertur uti malefica. 25 dic.
Vir quidam innominatus habitans in Villa Ronchadis Concord: Dioec. accusatur ut veneficus.

605 Perina Venezia Vidua Utinen: denunciatur uti suspecta malefica. p.a Jun.

606. Martinus della Fedriga de Monte reali Concord. Dioec: cum esset in Ecclesia d.ae Villae, coram pluribus audientibus Sanctam Missam, post sumptionem sacramenti, Sacerdoti celebranti dixisse defertur: Tu hai mangiato un ocialato, bevi mò, che il buon prò ti faccia. Decernitur, vocandum esse denunciantem, ut ore confirmet quod antea scripsit, postea iubetur citari testes, ex quorum dictis colligitur dictum Martinum, quando talia locutus fuit, fuisse ebrium. Aliud non apparet. 11 eiusd.

607 Joannes Andrighettus Mediolanensis de Villa Fontane Dioec. Navariae sponte se sistit coram S. Officio, dicens sese à pluribus annis iam elapsis captum fuisse a Turcis, inter quos novem ferè annis vixit, ac timore mortis ore Fidem Catholicam negavit, se circumcidi permisit, et secundum ritus et legem Turcarum eo tempore vixit; quae omnia cum eum leviter suspectum de haeresi reddant, cogitur sectam illam abiurare de levi. Penitentiae salutares ei iniunguntur, deinde absolvitur. 13 dec.

608 Dina Vidua rel. q. Naiduzzi habitans in Villa Tolano Aquil. Dioec. defertur, maleficia cognoscere et sanare. 18 eiusd.

609 Antonius Bruttus Tabernarius in Villa Taij Concord: Dioec: coram pluribus dixisse defertur, animas Salvandorum usque in diem Judicij non esse recipiendas in Paradiso. Audiuntur testes, qui omnes probant assertum, unde decernitur ipsum Antonium esse citandum ad se defendendum. Aliud non apparet. 2 Augusti

610. Jonas Cramerus è Civitate Lutree in Palatinatu ad Rhenum haereticus Calvinista humillimè petit reconciliari S. Matri Ecclesiae. Itaque praevia abiuratione, a excommunicat. absolvitur, et inter Catholicos recipitur. 5 dec.

611. Fran.cus de Orris è Sacillo Concord: Dioec: timens se esse fascinatum, id narrat Jacobae Cattarello de qua sine fines, et illa ei dat pulverem contra fascinationes sumendam, addens fascinationem illi factam fuisse à Presb.o Petro Millesio. Denuncians instat formare processum. Aliud non apparet. 7 eiusd.

612 Catharina

612. Catharina Uxor Andreę Molinarij è Villa Valeonia districtus Civitatensis defertur ut malefica. 12 Augusti

613. Aquenus Durra, de quo num.° 381, et 569, defertur magica arte, et incantationibus feminam attraxisse à
latere sui Mariti, eamque apud semetipsum venire fecisse in proprio lectulo. Tetigisse etiam suis manibus 31 eiusdem
quandam Iuvenculam, quę statim relicta domo, et patre, ad domum Hieronymi Frontis recalisse contulit,
breuique temporis intervallo facta est meretrix.

614 Lucia Uxor Antonij Pifeatoris de Cordo eiusdem Dioc. Concord. defertur uti malefica, ex quo oleo herbis per- 9 Septembris
mixto unxit puellam Ursulę Ciafoni de Septo Concord. Dioc. dicens, che hà due streghe, che la mangiano dal
mezzo in giù, e che avrà ancora quindici giorni di vita.

615 Fran.cus de Cruijs de quo num.° 611. sponte se sistit coram S. Officio, deponens suspicionem eandem, nimirum 12 Novembris
se esse fascinatum, instans procedi ad formationem processus propter dictum Iacobi Pittacola, quod
scilicet fascinatus fuerit a Presbitero Petro Millesio. Ex dictis itaque testium, et Dnũ Iulij Medici nil cer
ti probatur quò ad fascinationem suspectam, et ideò deletur.

616. Simon Clabutti de Cavolinis Concord. Dioc. superstitiosè impeditus in actu Matrimonij, ut careat huiusmodi 5 dicti
impedimento, superstitiosum committit. Absoluitur in forma, iniuncta salutari penitentia.

617 Iustina Luminati rel. q. Pauli Luminati Utinen: se accusat de commisso sortilegio Cribri cum adiuratio- 16 Decembris
ne SS. Apost. Petri, et Pauli ad inveniendum furem, qui ei furatus fuerat ducatos quinquaginta. Absoluitur,
et additur dal: Rait.° Absoluitur etiam Peregrina ipsius Nepotis, eo quod cum illa sortilegium commisit.

618 Fr. Hieronymus Laicus Ord. Servorum B.M.V. Tertiarum Utini coram pluribus ex dictis fratribus dixisse defer- 4 Ianuarij
tur, che si voleva far Turco. Auditis testibus nihil certi probatur. 1606.

619 Ludovicus Cutius, Io: Bapta. Locatellus, Clericus Thomas Macluschi, Clericus Martius Cassavolante, et ij dicti
Leonardus Fallina omnes de Glemona sponte se accusant in sero unius Sabbati carnes simul comedisse
non quidem ex prava intentione, sed ex levitate animi, cum omnes sint iuuenes, petuntque absolui.
Absoluuntur, iniuncta salutari penitentia cum promissione non amplius talia committere.

620 Narda, seu Bernarda rel. q. Paseul Vergolin è Villa Vicli Aquil. Dioc: defertur ab impedimento solui se 2 Februarij
quosdam viros uxoratos impeditos ab usu Matrimonij. Decernit, stantibus dictis testes: aliud non apparet.

621 Nicolaus Pietor è Portu Naone dixisse defertur. Chè non voleva far Quaresima, perche era vecchio, et ab
ipsamet muliere denunciante monitus oportere licentiam petere a superioribus respondit: Se il Vescovo, 9 dicti
o questi Preti non mi vogliono dare questa licenza, me la torrò a loro dispetto, è in dominio ad ogni modo.

622. Marius Oliva, et Marcus Ant. Volpe Utinenses denunciantur, in die Veneris invitasse quosdam alios ad co- 21 eiusdem
medendam carnem. Ex dictis testium nil probatum remanet; interrogatus autem dictus Marius constantis-
simè respondet: se iocose locutum fuisse.

623 Laurentius Matiusso de Venzono Aquil: Dioc. ut disceret linguam Theutonicam missus fuit Villaci, habita- 28 dicti
vitque in domo Georgij Hertinger, ubi omnibus diebus etiam exceptis carnem comedit; volebat enim di-
aliud dare dicto Georgio in reliquus ait, se in fide Catholica constantem fuisse. Veniam petit, et absolu-
tionem. Absoluitur, ei salutari penitentia iniuncta, cum promissione non amplius talia committere.

624 Matthia filia Abondantij è Portu Naone defertur, guttam olei Sancti petijsse à D. Benvenuto Cinzani Cu- 27 eiusdem
rato Villę Noncelli Concord: Dioc: quo tangere volebat quemdam Virum, qui ei promiserat, ducere ipsam in Uxo-
rem. Curatus itaque et ei oleum Sanctum negavit, et eam reprehendit.

625 Io: Bapta. Nicolaj è Terra Germanię de Angelino superiori Helvetiorum, hereticus Lutheranus humiliter petit 3 Martij
reconciliari S. Rom.ę Eccl.ę Abiurat itaque, absoluitur, et salutares penitentię ei iniunguntur.

626 Iulia

626. Julia Uxor Hieronymi Veneti incola Portus Naonis in die Veneris Quatt. temporum duo ova comedisse de- 9 Martij
fertur pro eodem Hieronymo . . . qui tamen tanuserat, et mulier illa, quę vendidit ova dixisse deferty:
che quanti ovi facevano le sue galine, il d.o Girolamo gli e li toleva tutti, e soli mangiava così crudi.

627. Natalis Fornaciarius de Venzono Aquil. Diec: sponte se accusat, quinque annorum spatio in partibus Ger- 9 dict.
manię moram duxisse, et semper vetitos cibos indifferenter, diebus Veneris exceptis, comedisse, quia ejus do-
mini ei nil aliud dare volebant. Absolvitur itaque, et ei iniungitur salutaris pęnitentia.

628. Jacoba Cittaeola denuò defertur, suis superstitiosis medicamentis uti ad curandos infirmos. 12 eiusd.

629. Apolonia filia q. Francisci de Portu Naone defertur sortilegium cribri commisisse, ad inveniendam perditam, 14 dict.
vel furatam pecuniam, ad istantiam Catharinę Cenetensis.

630. Nicolaus dell'Orbo dixisse defertur: che tutti li homini vanno ad un istesso luoco; insuper de rebus fidei eadem die
male loqui, annuam confessionem omittere, et superstitiosa etiam committere.
Nicolaus . . . Pictor, de quo n.o 620 defertur igne tradidisse Imaginem Crucifixi, quam domo habuit, et inter-
rogatus an id verum esset? Respondit: Io l'ho fatto, e lo farei ancora quando ne havessi, e sparagnarei la legna.

631. Josephus Viviotti de Portunaone, se accusat personaliter adfuisse sortilegio cribri, idq. pluries fecisse. 14 dict.

632. Joannes della Picola è Villa Cargna Aquil. Diec: defertur ore proprio dixisse: se esse benandante, lamias seque cog- 16 eiusd.
noscere.

633. Leonardus filius Stanij Librarius, Lombardieri Bottaliorum filius Zacharię Carlini: Petrus Fabri: Trifanius Gal- eadem die
lina: Andreas Jessius: Tonellus Nicolaus omnes de Uerano et Zementis à parva Civitate Caprularum:
Mercurius Cementarius de Ronchis de Latisana, et Lelius Nani Guardianus Nemorum, omnes deferun-
tur, in Vigilia Epiphanię in singulis suis ecclesijs dum sacerdos de more aquam benediceret, stetisse ad
portam Ecclesię habentes singuli ollam sub axilla plenam panico, illudque ligno commiscebant dicen-
tes: Strega vieni al laccio ch'io hò il panico sotto il braccio. Aliud non apparet.

634. Agna, sive Angela, Bella è Villa S. Laurentij Aquil: Diec: et Pasculta del Battilana de eadem deferuntur 17 dict.
uti lamię. Valentinus dictus Tin filius Blasuti de Pescalo eiusdem Villę, et Gaspar Desisde S. Maria La
lunga dicti Blasuti famulus inter examinandum deferuntur esse de numero eorum, qui dicuntur
ben andanti, quia scilicet cognoscunt lamias, et de nocte ad certa loca pergunt, ubi strigonibus pugnant.
Ex dictis testium nil certi colligitur. Valentinus autem, et Gaspar edocentur, falsum esse, ipsos de nocte
pugnare cum strigonibus, sed esse demonum illusiones, et mendacia.

635 Claudius Longus Utinen: in die ieiunij se accusat, carnes comedisse in domo cuiusdam heretici. Absolvitur &c. 19 eiusd.

636 Dominicus Paulis è Villa Orgnani Aquil: Diec: infirmus permittit se preentari à quadam femina. Pęnitentiatus, et absolvitur 20 dict.

637. Andreas Vigna de Tolmedo Aquil. Diec: sponte se accusat, pluribus annis in Germania carnes comedisse sem- 20 dict.
pore Quadr.ę, et alijs diebus vetitis ab Ecclesia, veniam petens. Absolvitur iniuncta salutari pęnitentia.

638 Daniel Chioppia è Villa Hethiz sponte se accusat ab annis triginta continuo preentasse. Absolvitur, 23 d.
pęnitentiatur, et iurat non amplius talia imposterum comittere, quo facto dimittitur.

639 Julius de Sanctis habitans Utini in burgo Glemone defertur, superstitiose infirmitates curare. 24 eiusd.

640 Sebastianus della Mason de S. Quirino Diec: Portus Naonis, ut impedimentum a se abijciat in actu Matrimo- 7 April.
nij contracti à Jacobo Coradon molendinario, mingit per foramen Ecclesię suę villę. Absolvitur, et pęnitentiatur.

641 Gaspar Spadarius de Portu Naonis se accusat, aver limato con una lima nuova del Batocchio d'una Cam- 3 dict.
pana insieme con Ant. da Concia, qui impedimentum habebat in actu Matrimonij, bibensque dictam limatu-
ram cum vino, liber remansit ab eodem impedimento: Sciens dictum impedimentum tolli mingendo
per

per Examen Sere alicuius Ecclesie, que superstitiosa et ab aliis didicit, et aliis indicavit.

642. Leonellus de Salvatore Villa Romi magni districtus Portus Naonis rogatus, verba consecrationis recitat ad aures cuiusdam femine proxime parturi, que doloribus partus cruciabatur. Absolvitur, iniuncta sal. penitentia — 8 Aprilis
643. Bartolomea Manfrone se accusat de sortilegio comisso cum adiuratione SS. Apostol. Petri, et Pauli: in gratia Catharine Conedensis, que crumenam cum numis aureis amiserat — 12 eiusdem
644 Adrianus Corradazzo de Furno superiori Carnie, Subdiacon(us) degradatus habitans in Villa Sfasicutz defertur dixisse: che è peccato in Spirito Santo a celebrar Messa. Che l'autorità d'assolver da peccati fu data solamente a S. Pietro, e che se il Papa venisse a far guerra con la Sereniss. Republica, egli vorebbe essere il primo a tirare un archibugiata al Papa. Aliud non apparet. — 13 dicti et 8 Iunii
645. Ubaldus Zaurzanus è Villa Zaluzza in Carnea denunciatus uti suspectus de heresi Lutherana, eo quod in Germania Matrimonium contraxit cum Muliere Lutherana, et tempore Iubilei vocatus a suo Plebano, ut ad Sacramentalem Confessionem accederet iterum abiit in Germaniam. — 14 Aprilis
Oliviis de Villa Ceglaro denunciatur uti infectus heresi Zwingliana, vocatusque ab eodem Plebano, ut ad sacram Confessionem accederet, statim in Germaniam reversus est.
646. Io: Baptista Forgo Utinen: defertur, occasione cuiusdam sui litis blasphemasse, corripientique illum respondisse: che cosa è peccato? Che vuol dir peccato? Chi ha veduto il peccato? Che morto il corpo, muori anco l'anima, et ab eodem corripiente monitus ut ab aliquo Sacerdote super his instrui curaret, quia prefate locutiones sunt hereticales, respondit: Che voleva credere quello, che voleva lui, e non quello che vogliono i Teologi, et Sacerdoti, né meno la Santità di N. Signore. Audito unico teste de auditu siletur. — 17 dicti
647. Nicolosa Loretti veneta in oto Portus Naonis plura superstitiosa commisisse se accusat, ut cogeret N. N. ad accipiendam illam in Uxorem, eo quod ex eo sub specie Matrimonii filium peperit. — 26 eiusdem
648. Angela Uxor Romani . . . . . Respici sub ditione Portus Naonis plura superstitiosa commisisse se accusat, putans ea esse licita, et benefacere. — 7 Maij
649. Presb. Ioannes Morellus Curatus Lauriani defertur, ad sublevandum de inopia Io: Baptista Cagnoca, è Villa Masura sub Plebe Aviani Concord. Dioc: eundem quandam superstitionem docuisse, quam et ad praxim reduxit ipse denuncians. — 22 eiusdem
650. Aquinus Fava, de quo num. 381, 569, et 612, defertur incantationibus duas feminas ad se traxisse, que longe aberant laborantes in campo. Auditis duobus testibus de alieno, siletur. — 9 Augusti
651. Narda, seu Bernarda rel. q. Raffael Veyolin è Villa Vivilis Aquil: Dioc: de qua n° 620, defertur, quibusdam sponsis impedimentum immisisse in usu Matrimonii, eosque ab impedimento liberasse. — 8 Iulij
652. Lucretia rel. q. Benetti Rizzardi è Villa Rorai Magni Concord. Dioc. defertur, superstitiose anginam mal della gola, signare: sponteque comparens in S. Officio se accusat, veniam petit, promittens in posterum abstinere. Absolvitur, et penitentiatur — 17 eiusdem
653. Bernardinus Constantini de Valle S. Martini Cadubrij Aquil: Dioc: dixisse defertur: Son ben principiante di credere, che sia inferno, et loquens de S. Missa dixisse: Non so, che piu bella Messa, che attendere a fare i fatti suoi. Auditis non nullis testibus, et aliis citatis ad comparendum, ipsi non posse ob eorum inopiam iter conficere respondent. Aliud non apparet. — 5 Octobris
654 Nicolaus Paulovich de Savarino Aquil: Dioc: comprehenditur à Turcis, pluries tentatur, ut abneget Fidem Catholicam, quod cum facere noluisset, pluries eum verberibus afficiunt, eumque in fide constantem in altam, et fetentem foveam usque supra umbilicum sepeliunt, ubi cum die, noctuque — 18 Decembris

stetisset

stetisset, perterritus dolore pęnę, protestatus est, se esse paratum ad abnegandam Fidem, quam tamen in corde retinuit semper. Itaque circumciderunt eum; tandem ab eorum manibus fugiens S. Officio se sistit, Fidem Catham ore, non corde negasse, inquiens, petit veniam, et absolutionem, promittens, se millies potius mori velle, quam Fidem negare. Absolvitur, additis de more salut. pęnitentiis.

655. Narda, de qua n.is 630, et 651 iterum defertur, pluribus uxoratis impedimentum immisisse in usu Matrimonii, et quosdam a dicto impedimento liberasse. Audiuntur testes, ex quibus alij affirmant, alij negant, et siletur. 1607 21 Januarij

656. Maria dicta, dell' Abbondanza, e Portu Naonis defertur, oleum Sanctum pluries petijsse ad amorem a quodam Presbitero, qui tamen idem dare nunquam assensit. Testes interrogati affirmant, deinde siletur. 28 Martij

657. Victoria Cretensis Uxor Gregorij de Baldi Patavini, et Marina filia Francisci Delfini de mota sponte se accusant sortilegia quędam fecisse, ad sciendum, cui viro essent desponsandę. 31 dicti.

658. Sanctus Filius Laurentij e Villa Rorai magnę morbum vulgo Treisol superstitiose fugasse, se accusat, veniam, et absolutionem humiliter petit, promittens omnino abstinere. Absolvitur, iniuncta ei salutari pęnitentia. pa Aprilis

659. Clarissimus D. Marcus Ant. Minottus sponte se accusat legisse librum Petri Aretini, qui irreverenter in eo tractat adversus Presbiteros, et Fratres, docetque modum, quo femina evadere possit meretrix. 10 eiusdem

660. Franciscus Celsi e mentarius e Carnia incola Villę Palmatę Aquil. Dioc. in die Sabbati lardum comedisse se accusat, invitatus a quodam Andrea Germano dicente; che quello, che entrava nella bocca non era peccato, ma solamente quello, che usciva. Veniam itaque petit, ac promittit nunquam cibos vetitos diebus ab Ecclesia exceptis comedere. 11 dicti

661. Fr. Iulius Sacerdos Ord.s Servorum B. V. M. Utinen. filius Josephi Caugonarij in porta di Ronco Utini defertur, asseruisse, Sacram Scripturam esse mutilatam, veritatemque non habere, quia, scilicet, post verba illa, quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in Cęlis, et quodcumque solveris super terram erit solutum et in Cęlis, antiquitus hęc sequentia habebantur: ad peccata solvendum, quod tamen falsum est, neque Scriptura huiusmodi est mutilata. 22 eiusdem

662. Fr. Marcus Ant.s Terabuso Ord.s Eremitarum S. Augustini Utini in Conventu S. Lucię habitans, repertus noctis tempore in Ecclesia Parochiali Terrę Venzoni Aquil. Dioc.; iussu Communitatis Carceratur, deinde constituitur, ipse autem fatetur, in dicta Ecclesia se recepisse, ut ad instantiam D.ni Gasparis Montis Regalis Medici eiusdem loci de oleo Sancto, et de acqua baptismali furaretur. Ad petitionem P. Inquisitoris Utini confectus processus huic S. Officio consignatur, sicut et ipse Reus. pa Maij

663. D.nus Joseph Gallus Civitaten. semel hęc verba pronunciasse defertur: Preti, Frati, e Zoccolanti sono superflui al Mondo 5 dicti

664. Fr. Marcus Ant.s Terabuso, de quo sup.a num. 662 e Carceribus Terrę Venzoni ducitur Utinum in fortijs huius S. Officij, ubi per epistolam se reum esse fatetur. Interim statuitur inventarium faciendum esse librorum dicti D.ni Gasparis Montis Regalis Medici, et librorum dicti Fris Marci Antonij, et manuscripta quędam sortilega, magica, et divinatoria reperiuntur, et ad S. Officium deportantur. Reus constituitur, furtaque olei sancti, et Aquę baptismi se comisisse negat. D.nus Gasparus per Epistolam se accusat, et se excusat super erratis. Andreas Rorarius sartor, et socius criminis pariter se accusat per Epistolam, et constitutus fatetur, quę in epistola continentur. Itaque colligitur, dictum Gasparum Medicum ad experimentum magicum faciendum ad amorem rogasse Andream Rorarium, ut quamdam figuram ad experimentum probandum configeret, et Frem Marcum Antonium, ut oleum sanctum, et aquam baptismalem furaretur; Ceterum etiam reperiuntur scripta magica apud dictum Fratrem. Tandem denuo torturantur, ut magis veritatem aperiant, sed cum nihil superaddant Frater Marcus Ant. pred., et D.nus Gaspar Medicus coguntur abiurare de vehementi, Andreas Rorarius vero de levi, eisque penit.e iniunguntur, uti videri potest in eisdem processus sub die 29 Octobris 1608. 7 eiusdem

665 Hieronyma

665. Hieronyma Uxor Nicolai Trafretti Natus e Portu Naone carnes comedisse defertur tempore Quadragesimæ cum tamen nulla infirmitate, vel impotentia teneretur. 20 Maij

666 Leonarda Uxor Bernardini Cauponæ seu hospitricis eius Naonis sponte se accusat de sortilegio cribro semel admisso ad inveniendas claves ammissas. 10 Iunij

667. Franceschina Uxor Flaminij Armathary Portus Naonis se accusat duo sortilega experimenta commisisse, ut suum ipsum Maritum a ludo retraheret. 12 dicti

668 Jo: Paulus Nomis Utinen: oblectionem cuiusdam manuscripti signa, et Caracteres ignotos continentis, sponte se accusat. Absolvitur, eique iniungitur salutaris pœnitentia. 21 eiusdem

669 Jo: Bapta Casparus e Zorzia oblectionem libri magici Petri de Abano se accusat. Penitentiatur, et absolvitur. 26 Iulij

670 Dominicus Rizzardus e Villa Corai Dhonis Portus Naonis Concord: Diæc: apud se retinere librum Cornelij Agrippa defertur. 4 Augusti

671. Presb. Hieronymus Nicolettis Curatus Eccl. S. Georgij Utini sponte se accusat, dedisse de tubus oleis quibus utitur Ecclesia in Baptismo, cuidam feminæ, quibus ipsa uti intendebat ad amorem; at pœnitentia ductus eidem presbiter eadem olea a femina repetit, antequam illis uteretur. Absolvitur, dispensatur ab irregularitate contracta ob missæ celebrationem post abusum oleorum predictorum, et salutariter pœnitentiatur. p.o Septembris

672 Lucia q. Jacobi Christophori dicti Spadaro e Villa Montis Regalis Concord: Diæc: sponte se accusat præsentasse, et ligasse, et incantasse canem magnum præ timore quarumdam feminarum ne scilicet eas morderet, his verbis: Dio innanzi, e passe in via, quando Cristo fu nato, ogni can maligno fu legato, così tu Can ligato sia finche io vado alla mia via, che Dio il faccia, e la Verg: Maria. Itaque ei precipitur, ne amplius incantare audeat, neque alios præsentare vel incantare doceat, dein absolvitur, ei salutari pœnitentia iniuncta. 3 eiusdem

673. Plinius Rossettis Medicus Portus Naonis Concord: Diæc: nonnunquam obloqui contra Summum Pontificem defertur, et aliquando dixisse: Che le anime del Purgatorio bisogna, che stiino lì, sino, che abbino sodisfatto alla pena debita, non ostante le Indulgenze concesse da Sua Santità. 28 dicti

674 Agnes Uxor Petri dell'Angiolo e Villa S. Quirini Concord. Diæc: dat panem vino madefactum Mariæ Filij Petri eiusdem Villæ, quo sumpto, statim fascinationis signa ostendit, multumque mali a dicta Agnese patitur, ea propter S. Officio defertur uti communiter Lamia. 5 Decembris

675 Io: Franciscus Arcicatus defertur, carnes comedisse tempore Quadragesimæ, imò et Uxorem, eiusque famulos pariter eius incitamento carnes comedisse. Audiuntur testes cum aliquali diversificatione, et siletur. 21 dicti

676 Martinus Tridi e Villa Crapani, oppidi Albinicum sponte se accusat, quod cum esset annorum duodecim ex desiderio perагrandi Urbem, Varadinum in Croatia se contulit, deinde Gratz, postea Villacum, in quibus locis sex annis moram duxit, moreque Lutheranorum vixit, Carnem scilicet diebus vetitis ab Ecclesia comedendo, et Confessionem publicam faciendo, Communionem sub utraque specie accipiendo, Veniam petens, et absolutionem. Itaque ei inhibetur a locis Catholicorum recedere absque speciali Sancti Officij Licentia; Dein: abiurat de levi, pœnitentiatur, et absolvitur. 16 Februarij 1608.

677 Marcus Vdragovich e Villa Bianca Belgradi, hoc est Civitatis Albæ in Provincia Bosnæ sponte se accusat, quod cum esset annorum sexdecim ad serviendum quemdam Turcam accessit, ac præ timore vitæ ad Mahometismum transiit, atque duobus annis ritu Turcarum servavit, excepta circumcisione, quam pati noluit; postea fugiens ad Catholicos venit, ubi asseruit errores Turcarum nunquam credidisse, nec Fidem Catholicam corde deseruisse. Precipitur ei, ne a locis huic S. Officio subiectis absque licentia discedat, deinde ei pariter salutares iniunguntur pœnitentiæ, postea absolvitur. 15 Martij

678 [illegible]

678 Fr. Bonaventura Croce Ord. Min. Con. Patavinus defertur, carnes comedisse non semel tempore Quadrag.^e. Auditis testibus inter se invicem parum dissidentibus, ipseque auditur; qui constitutus negationibus, excusationibus, et confessionibus ab oppositis se expedit: quare in Conventu loco Carceris mittitur, sed cum propter eius scandala, minas, ac cedes facile incurrisset, à Superioribus Religionis ad alium Conventum mittitur cum licentia huius Sancti Officij, cum onere, quod teneatur se presentare Sancto Officio toties quoties, et ubicumque à P. Inquisitore, vel eius successoribus fuerit vocatus. Aliud non apparet. 20 Martij

679 Curtius Cialius [illegible] Civitaten. sponte in S. Officio se sistit, petitque absolvi ab excommunicatione, eo quia S. Officio non denuntiavit Jo. Bapta Brattellum ipsius Consobrinum ob retentionem Claviculæ Salomonis, quam ab eodem acceperat, et ex qua aliqua capita legerat. Absolvitur in forma Ecclesiæ, et ei salutaribus penitentiis iniunctis, dimittitur. 29 dicti

680 Matthæus Celutus è Villa Roboretti districtus Ruritanum Concord. Dioc. rogatus se confert ad quamdam feminam veneficam cuius nomen ignorat de Villa Cinto supradictæ Dioc.; eique indusium Agnetis Camillæ Uxoris Petri e sua villa, pregnanti, quæ cæpisset stomaci dolores patiens, rogans, ut eam sanare velit, et illa benedicto indusio, dat ei panem similiter benedictum, et oleum ad ungendum ipsius umbilicum. 5 Aprilis

681 Benedicta de Homan è Villa Vallis Concord. Dioc. sub eodem die tribus denunciationibus sub venefica ad S. Officium defertur. 8 dicti

682 Veronica Mora de Villa Puredo Dioc. Concord. sponte se accusat, sortilegium comisisse, ut eius filia, quæ puellam pepererat, lac ammissum reciperet, ad eam lactandam. 6 Junij

683 Leonardus Contrutus è Villa Pian di Casale S. Petri Carneæ. Jo. Dominicus è Villa Rio Carneæ et Antonius Platisca e Villa Platisca Carneæ sponte se sistunt coram S. Officij Vicario, seque accusant, in quibusdam Germaniæ locis carnes comedisse temporibus ab Ecclesia vetitis, idque necessitate coacti, quia scilicet Tabernarij nolebant eos ad hospitia recipere, neque panem, aut vinum eis dare, nisi carnem, sicut ipsi comederent. Veniam petunt, promittentes talia non amplius comettere. Absolvuntur in forma, et dimittuntur. dicta die

684 Bartolomeus Constantinus è Villa Paluce Fluminis S. Petri, sponte se accusat, cibos vetitos tribus diebus Sabbati comedisse, cum esset in Germania, ignorans Sabbatum esse. Absolvitur in forma. 8 dicti

685 Jucundus Minutoli Utinen. sponte se accusat, carnes diebus ab Ecclesia vetitis comedisse, dum esset in Germania, et veniam petit. Absolvitur, penitentiatur, et dimittitur. dicta die

686 Joseph de Augustinis habitans in Villa Italis Carneæ se accusat pluries tempore Quadragesimæ carnes comedisse, dum esset in Germania, et in quibusdam alijs locis, primo quia pecuniam non habebat pro emendis piscibus, secundo, quia Tabernarij ei nihil dare volebant, ni carnes comedisset, promittitque non amplius talia patrare. Absolvitur, et dimittitur. 20 dicti

687 Leonardus Dacini habitans in Villa Cosas Canalis S. Petri Carneæ sponte se sistit in S. Officio, et veniam petit, quia cum ad nundinas se contulisset Froneloni, et in alijs locis, coactus, carnes tempore Quadrag.^e comedit, ac in alijs diebus ab Ecclesia vetitis, quia scilicet Tabernarij nolebant eum in hospitio recipere, nec aliud ei dare ad manducandum. Absolvitur itaque, et dimittitur. eadem die

688 Presbiter Matthæus Raimundus Brixiensis sponte in S. Officio se sistit ob lecturam, non quidem ex malo animo, novi testamenti vulgari idiomate editi, et paucorum versuum Ovidij de arte amandi: veniam petens, ac promittens &c. Absolvitur in forma, et dimittitur. 24 dicti

689 Petrus Coz

689 Petrus Coz de Villa Salano Canalis S. Petri Carniæ sponte se accusat de comestione carnium in diebus vetitis ab Ecclesia cum esset Hambergi in Germania, et hoc, quia Tabernarij ei aliud apponere nolebant. Veniam petit, et absolut. cum promissione &. Absolvitur in forma, et dimittitur. 5 Iulij

690 Candidus del Buon e Villa Paluzza Canalis S. Petri sponte se accusat de iterato esu carnium temporibus ab Eccl. vetitis, cum esset in Germania ob causas de qua supra, veniam petens, et absolut. promittens non amplius, absolvitur in forma, et dimittitur. 6 dicti

691. Stephanus Ronco e Villa di Rio sponte se accusat de iterata comestione carnium diebus vetitis ab Ecclesia in locis Germaniæ, quia aliud hospites Tabernarij ei dare nolebant, veniam petens, et absolut., ac promittens non amplius talia comittere. Absolvitur in forma, et dimittitur. 7 dicti

692. Petrus Philippus Constantinus e Villa Paluzza
Joannes Contel e Villa Cleulla
Jo. Bapta Contel de eadem
Paulus Plazza e Villa Paluzza
} Omnes sponte se accusant de iterato esu carnium temporibus ab Ecclesia vetitis, idq. fecisse aiunt ob causas superius scriptam. Absolvuntur, et pœnitentiantur 8 dicti

693. Nicolaus de Nigris e Villa Paluzza sponte se accusat de iterata comestione carnium temporibus ab Ecclesia vetitis, quia Tabernarij Germaniæ eum recipere nolebant, nec ei aliud dare ad comedendum, veniam petens, et absolutionem. 9 dicti

1 Petrus Paseutus e Villa Cassions se accusat de iterato esu carnium diebus vetitis ab Ecclesia in locis Germaniæ, cum esset ad nundinas, conatus est ipse a Tabernariis, veniam petens &. eadem die

3 Jacobus Korsel e Villa Preons in Carnia similiter se accusat de esu Carnium in Quadragesima, tum extra in locis Germaniæ, ob causas de qua supra, veniam petens, et absolutionem. ij dicti

4 Petrus Benanus e Villa Rio in Carnia eodem modo se accusat de esu Carnium in locis predictis 12 dicti

5 N. Ricgnta è sup. dicta Villa pariter se accusat de esu Carnis in dictis locis ob causas de qua supra. dicta die

6 Dominicus Versaro de ead. Villa se accusat de esu Carnium in dictis locis temporibus vetitis ob causas &. ead. die

7 Jo. Basanus de dicta Villa se accusat de esu Carnium tpre Quad.e, et extra in locis ubi supra &. eadem die

8 Mattheus Ronc ex eadem Villa de iterato esu Carnium se accusat in diebus Sabbati, quia alias Tabernarij eum expellere volebant ab hospitiis. Veniam petens, cum promissione &. die dicta

9 Jacobus de Bastiani de eadem Villa se accusat de esu Carnium diebus Sabbati, et Quad.e quia Tabernarij hospites nil aliud, nisi Carnes apponere volebant in mensa, veniam petens &. dicta die

10 Bartolomeus Jena de eadem se accusat de iterato esu Carnium temporibus ab Ecclesia vetitis, quia Tabernarij Theutonici, cum essent hospites aliud, quam Carnes ei dare nolebant. Veniam petens. 13 dicti

ij Paulus Ronch de eadem eodem modo se accusat de esu Carnium in dictis locis, ob Causam eandem. dicta die

12 Jacobus Vitelli e Villa Rivo Parochiæ S. Petri Carniæ de iterato esu Carnium in diebus Sabbati ob causas de qua supra. Veniam petens, et absolutionem. dicta die

13 Michael Strolin e Villa Sodis Parrochiæ S. Petri Carniæ se accusat de iterato esu Carnium diebus ab Ecclesia vetitis ob Causas de qua supra. Veniam petens, et absolutionem. die dicta

14 Leonardus Ronch e Villa Rio Parochiæ S. Petri Carniæ eodem modo se accusat de esu Carnium &. eadem die

15 Leonardus Molendinarius e Villa Paluzza se accusat de esu Carnium temp. Quadragesime, cum esset in locis hæreticorum, quia illi aliud quam Carnes dare nolebant. Veniam petit &. 17 dicti

16 Dominicus Minutus e Villa Cassions in Carnia de Canali S. Petri bis Carnes comedisse se accusat temp. Quadrag.æ quia Tabernarij eum ab hospitio expellere volebant, nisi Carnes comederet. Veniam petens

17 Jo. Prevozuus

17 Joannes Crevogneus è Villa Fielis se accusat de comestione carnium diebus ab Ecclesia vetitis, cum esset 27 July.
in Terris hæreticorum Germaniæ, Veniam petens, et absolutionem. Quæ absolutio ei una
cum aliis supra scriptis ob eandem causam impertitur, ipsis salutaribus pœnitentiis iniunctis.

693 Presb.r Jacobus Vitzzano è Villa Beani, et Cappellanus Villæ Quaterni, scripta quædam sorti- eadē die
legia ad amorem, quæ erant Ill.mi Comitis Fran. M.a Brandolini legisse, deinde igni tradi-
disse se accusat post mortem dicti D.ni Comitis, quia scilicet antequam ex hac vita migraret, dic-
ta scripta igni tradi, preceperat. Absolvitur.

695 1 Bartolomeus Bortolutus è Villa Valle de Canali S. Petri in Carnea, cum esset in locis Lutherano- 19 dicti
rum Germaniæ carnem comedit quattuor diebus Sabbati, et semel in quattuor anni tem-
poribus, ne Tabernarij eum ab hospitio expellerent. Veniam petit, et Absolvitur.

2 Candidus Radis è Villa Siai Parochiæ S. Petri Carneæ sponte se accusat de iterato esu car- 20 dicti
nium in diebus ab Ecclesia exceptis, et in locis hæreticorum, dempsis diebus Veneris, et Quadrag.e,
veniam petit, cum promissione non amplius talia committere. Absolvitur.

3 Jo: Jacobus Socort è dicta Villa se accusat de iterata comestione vetitorum in diebus Sabbati in domo eadem die
quorundam Lutheranorum. Veniam petit, ac promittit, et Absolvitur.

4 Simeon Marcutius è Villa Plani Canalis S. Petri Carneæ se accusat de esu carnis in diebus Sabbati in 22 dicti
locis Lutheranorum, ubi cuidam Mercatori catholico inserviebat, qui et carnes comedebat, et aiebat id non esse
peccatum. Veniam petit, et absolutionem. Absolvitur.

5 Natalis Oz è Villa Salan pariter se accusat de esu carnis in diebus Sabbati, et semel in uno ex quat- dicta die
tuor temporibus Anni in locis Lutheranorum, veniam petit, et Absolvitur, et pœnitentiatur.

6 Ysualbus Coz è Villa Plani Canalis S. Petri Carneæ se accusat de esu carnis in die uno Sabbati, cum eadē die
esset in domo cuiusdam hæretici. Veniam petit, promittitque, et Absolvitur.

7 Jacobus Scarl è Villa Apparatola Canalis S. Petri pluribus diebus Sabbati carnes comedisse ex gula, dicta die
et mala voluntate se accusat, cum a nemine fuisset coactus, Veniam petens, promittensque, et Absolvitur.
Valentinus de Cento incola Villæ Paluzzæ diebus ab Ecclesia exceptis carnes comedisse se accusat, 24 dicti
veniam petens, ac promittens non amplius talia perpetrare. Absolvitur in forma.

8 Nicolaus de Lei è Villa Sudri de iterato esu carnis se accusat in die Sabbati, et primo die Quadrag.e, 29 dicti
cum esset in locis Lutheranorum ad vendendas merces. Veniam petit, et Absolvitur.

9 Joannes Nadali è Villa Naiaris Canalis S. Petri sponte se accusat de multiplici esu carnis in 2 Augusti
diebus vetitis, et in Quadrag.e unius anni, cum esset in locis Lutheranorum, occasione vendendi
merces, idque fecisse aliquando ait, ex lassitudine in deferendis mercibus, aliquando ob timorem,
ne expelleretur ab hospitio, quandoque vero quia hæretici aliud ei dare nolebant. Veniam
petit, et absolutionem. Absolvitur.

10 Petrus Sball è Villa Forz Parochiæ S. Petri Carneæ se accusat de esu carnium pluribus diebus Sabbati dicta die
et in 3bus diebus Quadrag.e in locis Lutheranorum, ubi merces vendebat, et hoc quia necessitate
compulsus. Veniam petit, et absolutionem cum promissione, et Absolvitur.

696 1 Dominicus Bertuccius è Villa Zenades, occasione nundinarum, cum esset in locis Germaniæ in eiusdem
hospitiis hæreticorum carnes comedit pluribus diebus Sabbati quia ex hospitio eum eicere volebant;
ideo se accusat, veniam petens, et absolutionem, promittitque. Absolvitur in forma.

2 Daniel Marcutius è Villa Zenful Canalis S. Petri in Carnea ob eundem timorem carnes comedisse eadem die
se ac-

se accusat pluribus diebus Sabbati, et bis in Quadragesima in eisdem Theutonicorum terris occasio-
ne nundinarum, et veniam petit. Absolvitur in forma.

3 Uschaldus Marcutus e dicta Villa Zenful se accusat carnes comedisse tribus diebus Sabbati, et quattuor 9 Augusti
Quadragesimae ob timorem, ne expelleretur ab haereticis ex hospitio, in quo morabatur, veniam, et absolu-
tionem petens, cum promissione non amplius talia comittere. Absolvitur in forma.

4 Mattheus Marot e dicta villa similiter de esu carnis se accusat in iisdem locis et ob eandem causam, de qua eadem die
supra. Veniam petit promittitque. Absolvitur.

5 Mattheus Molendinarius de eadem pariter de esu carnium se accusat in quibusdam diebus Sabbati, et dicta die
Quadrag.[ae] in terris haereticorum ob timorem, ne eum expellerent ab hospitio. Abiurat, et Absolvitur.

6 Petrus Bodendinus e Villa Viano Canalis S. Petri propter similem timorem, et etiam quia infirma- 12 dicti
batur in terris Theutonicorum haereticorum in duobus diebus Sabbati carnes comedisse se accusat, ve-
niam petens. Abiurat in forma, deinde absolvitur.

7 Leonardus Bruoli e Villa Siai dicti Canalis tribus annis commoratus in terris haereticorum de iterato 15 dicti
esu carnium in diebus ab Ecclesia vetitis se accusat ob similem timorem, et quia aliquando expul-
sus fuit noctis tempore ab hospitiis, quia carnem, ut haeretici, noluit comedere. Veniam rogat. Abiu-
rat, deinde Absolvitur.

8 Jacobus Urbanus e Villa Trego in eisdem terris semel in die veneris, in pluribus diebus Sabbati, et usque die dicta
ad medietatem Quadrag.[ae] carnes comedisse se accusat, ob similem timorem. Veniam petit, promit-
tens. Abiurat, deinde absolvitur.

9 Simeon Mosinan e Villa Senodas Canalis S. Petri de iterato esu carnium in diebus Sabbati, et usque dicta die
ad medietatem Quadrag.[ae] se accusat, dum esset in terris haereticorum, ob rationem, de qua pluries supra.
Veniam petit. Absolvitur.

10 Mattheus Rius e Villa Sudii ob similem timorem carnem comedisse se accusat in duobus diebus 16 dicti
Sabbati, et tribus Quadrag.[ae]. Veniam petit. Absolvitur.

11 Jacobus Jaula e Villa Sudii in eisdem terris de iterato esu carnium se accusat in diebus Sabbati, et dicta die
Quadragesimae, quia haeretici ei aliud, quam carnes dare nolebant, imo et eum ab hospitio expellere
volebant. Veniam petit. Absolvitur.

12 Joseph di Rei e Villa Sudii ob similem timorem in eisdem terris carnes comedisse se accusat in duobus dicta die
Sabbati diebus, et veniam petit. Absolvitur.

13 Uschaldus Urbanus e Villa Crasso Canalis S. Petri in pluribus diebus ab Ecclesia exceptis carnes comedis- eadem die
se se accusat non solum ob timorem, de quo supra, verum etiam quia cum quodam die veneris nollet
carnes comedere, haeretici eum ligaverunt, et ad terram proiecerunt, ponentes ad os eius carnem crudam
(lugeniza) unde coactus fuit carnem comedere. Veniam petit. Absolvitur.

14 Joannes Hoc e dicta Villa in terris haereticorum carnes comedisse, ait, duobus diebus Sabbati, et semel in Qua- eadem die
dragesima, quia aliud non habebat, quod comederet, et veniam petit. Abiurat, et Absolvitur.

15 Sandus Cilia e Villa Siai Canalis S. Petri de iterato esu carnium se accusat in diebus Sabbati ob si- eadem die
milem timorem, et veniam petit, abiurat, deinde absolvitur.

16 Joannes Micolinus e Villa Ceola Canalis S. Petri ob timorem, et minas carnes comedisse, ait, in diebus Veneris 17 dicti
Sabbati, et Quadragesimae. Veniam petit. Abiurat, et absolvitur.

17 Pasqualis Pantaleonus e dicta Villa, carnes comedisse, ait, in diebus Veneris, Sabbati, et Quadragesimae eadem die

quia

quia multoties ignorabat hunc, vel illum diem esse diem Veneris, Sabbati, aut Vigiliæ, cum tales hæretici distinctionem dierum non admittant, et etiam quia ab hospitiis cum suis mercibus expelli timebat. Veniam petit, abiurat, deinde absolvitur. 17 Augusti

18 Adam Faber e Villa Vasas in eisdem terris carnem comedisse ait, duobus diebus Sabbati, quia timebat mori ob maximum frigus hyemale, et veniam petit. Abiurat, deinde absolvitur. 24 dicti

19 Leonardus. . . . e Villa Anglara in eisdem hæreticorum terris carnes comedisse, ait, in diebus Sabbati, Quadrag.ᵉ et Vigiliarum, et veniam petit § Abiurat, et absolvitur. dicta die

20 Georgius Moro e Villa Leuchl in eisdem terris, cum infirmaretur, carnem comedisse, ait, tribus diebus Sabbati, postquam autem aliqualiter convaluit, quattuor similiter diebus Sabbati carnes comedit, quia nolebant ei alios cibos dare hæretici illi caupones. Veniam petit, promittens § Abiurat, et absolvitur. eadē die

21 Matthias Crasnich e villa Zanodis de Parrochia Paluzzæ se accusat pluries diebus Sabbati, et forsan Vigiliarum carnes comedisse, dum esset in terris hæreticorum, timens expelli ab hospitio. Veniam rogat, promittens § Abiurat, et absolvitur. 31 dicti

22 Bernardus Palut e Villa Buia in eisdem terris iteratis vicibus carnes in diebus Sabbati comedisse se accusat, et veniam petit, promittens § Abiurat, et absolvitur. 13 dicti

23 Nicolaus Niger e Villa Paluzzæ carnes comedisse pluribus diebus Sabbati, et fortasse ignoranter in diebus etiam Vigiliarum se accusat, quia et alios Catholicos carnes comedere videbat, et quia timebat quod adversus ipsum ab hæreticis instituaretur disputatio de ieiunio. Veniam petit, et promittit § Abiurat, et absolvitur. 1 Septembris

697 Sacrificantes Lenaia Venetus vulneratos homines medetur, siccas petias vulneribus superponendo, easque Cruce signando, deinde unguenta apponit: fugat tempestates similiter signo Crucis; gloriatur etiam maleficiatos cognoscere, et eos a maleficiis liberare. Carceratur per D. Vicarium Generalē Concordiæ, et auditis testibus ipse quoque constituitur, et quidem veritatem, et mendacia suis dictis intermiscens, iubetur ad suum locum reconduci. Aliud non apparet. 31 Augusti

698 Matthæus Lena e Villa Duo pontes se accusat de esu carnium in pluribus diebus ab Ecclesia exceptis, idque fecisse, ait, ne ab hospitio expelleretur, et ne hæretici disputationem cum eo inirent. Veniam petit, ac promittit § Abiurat, et absolvitur. 12 Septembris

2 Jacobus Moro e Villa Sutri se accusat de iterato esu carnium in diebus vetitis tum esset in terris hæreticorum, tum ob timorem, de quo supra, tum quia lapsus erat ex pondere mercium, quas portabat, Veniam rogat, promittitque § Abiurat, et absolvitur. 14 dicti

3 Joannes Maionus e Villa Zanodas tribus diebus Sabbati carnes comedisse ait, in locis hæreticorum quia Caupones cum sint hæretici, omnes, qui carnes nolunt comedere, a suis hospitiis eiiciunt. Veniam petit, promittitque § Abiurat, et absolvitur. eadē die

4 Joannes alter Maiones de eadem Villa carnes comedisse, ait, in die Sabbati in locis Lutheranorum, et semel etiam in die Sabbati, cum esset inter Catholicos, eo quia non fuit recordatus diem esse Sabbati; Veniam petit, promittitque § Abiurat, et absolvitur. dicta die

5 Dominicus Maionus de eadē Villa se accusat de iterato esu Carnium in diebus Sabbati tum apud hæreticos tum apud Catholicos; Veniam petens, et absolut.ᵉ Abiurat, et absolvitur. dicta die

6 Leonardus Moschinanus e Villa Zanodas in locis hæreticorum carnes ob metum, comedisse, ait, pluribus eadē die

ribus diebus Sabbati, et Quadrag.^e veniam petens, et promittens, Abiurat, et absolvitur.

7 Leonardus Maiorus e Villa Zenodas se accusat de esu Carnium in terris Lutheranorum ob metum de quo supra, in pluribus diebus Sabbati, et Quadrag.^e veniam, et absolut.^m petens. Abiurat, et absolvitur. 14 Septbris

8 Hieronymus Cilia de eadem Villa, ne irrideretur ab hereticis, in eorum terris carnes comedisse se accusat pluribus diebus ab Eccl.^a exceptis, veniam petens, Abiurat, et absolvitur. dicta die

9 Leonardus Maiorus de eadem se accusat de iterato esu Carnium diebus exceptis se accusat, dum esset in terris hereticorum, veniam itaque petit, Abiurat, et absolvitur. dicta die

10 Jo. Bapta Cilia de eadem in eisdem terris diebus Vigiliarum, Sabbati, et Quadrag.^e carnes comedisse se accusat q.^a heretici aliud ad comedendum dare nolebant. Veniam rogat, Abiurat, et absolvitur. eadem die

11 Osualdus Maiorus de eadem in dictis locis, et ob eandem causam diebus sex Sabbati, et usque ad medietatem Quadrag.^e carnes comedisse se accusat, Veniam rogat, Abiurat et absolvitur. dicta die

12 Blasius Sofiana e Villa Vassis in dictis locis carnes comedisse se accusat duobus Quadrag.^e diebus, et viginti diebus Sabbati; veniam rogat, Abiurat, et absolvitur. dicta die

699 Valentinus Cantana e Villa Moimans Aquil: Diec: occasione Iubilei, de quo denuncians cum eo nullis adstantibus, sermonem habebat, dixisse accusatur, Papam in terris potestatem non habere dimittendi peccata, sed et ipsum esse sicut ceteri homines: quod licet Papa dicat, se in terris peccata dimittere, a Deo tamen in Celo non esse dimissa, proindeque solum Deum remittere posse peccata credebat: 18 Octbris

700. Franciscus Michelutto e Villa Forni magni Aquil. Diec. sponte contra se ipsum multas hereticas propositiones deponit, quas ait, se credere, priusquam ab aliquo super dictis propositionibus S. Officio denuncietur, addens, easdem propositiones sibi revelatas fuisse a Deo, et a Spiritu Sancto. Acceptis propositionibus, quia hora tarda erat, dimittitur cum onere se presentandi S. Officio quotiescumque vocatus, vel requisitus fuerit. Elapsis annis duobus sub die 26 Maij 1610 idem Franciscus coram S. Officio iterum se sistit in terra Portus Naonis, et easdem hereticas propositiones contra se ipsum deponit, ne ab aliquo alio preveniatur, et S. Officio denuncietur; quibus acceptatis interrogatur, an vere illas propositiones crediderit, cumque respondisset: che per il passato le haveva creduto, credendo di creder bene, et ora se non è il vero, desidera di essere instrutto, e dimanda perdono di quanto hà deposto. Factis aliis interrogationibus, habitisque eius responsis, tandem flexis genibus, errorum veniam petit, promittens de cetero huiusmodi propositiones non tenere, nec de eis loqui. Quibus habitis, et acceptatis, declaratur hereticus ob hereses, quas credidit, easque firmiter adhesit ac aliis comunicavit, easdem abiurare cogitur, deinde penitentiatur, et absolvitur. Vide hec omnia in libro p.^o Sentent. in Reos pag. 96. 20 eiusdem

701. Lucia e Villa Cinoli Concord: Diec: defertur sanare impeditos a busu Matrimonij. 30 Decem

702. Sebastianus . . . . . . e Villa Chiasellis Aquil: Diec: defertur presentasse Mariam Loriziz è Villa Puteolis uxorem de eadem infirmam, et denunciantem. eadem die

703 Fr. Annibal Negoro de Zalara Sacerdos Ord.^is Min. Con: habitans Glemone defertur per Epistolam apud S. Officium, quod hereticaliter blasphemet: quod Sacramentales Confessiones revelet, vetitosque libros teneat, scindat, et comburat. Denuncians vocatur, et interrogatus super Epistola denunciatoria, eam recognoscit, et omnia, et singula in eadem per ipsummet scripta confirmat. Aliud non apparet. 28 Februarij 1609

704 Iacoba . . . comuniter dicta la Variana e Villa Brixia Aquil: Diec: defertur uti suspecta de maleficiis. 29 Aprilis

705 Bernardus

705. Bernardus . . . . e Villa dicta S. Maria Longa defertur apud Officium uti maleficus, quia scilicet, ore proprio dixit: che conosceva li stregoni, e le streghe: che lui era astretto di andar tre volte alla settimana fuori in strighezzo: che lui era Benandante: Che egli farebbe restare tutte le streghe quando vengono in chiesa: Che conosce quello, che mangiano i Putti, et alia id generis similia. Aliud non apparet. — die 30 Augusti

706 Venerius de Veneriis Caupo e Villa Orgnani Aquil: Dioc: sponte se accusat in diebus ab Eccl. vetitis noctis tempore ad suum hospitium accessisse Hieronymo della Longa, cum eius Filio eiusdem nominis, et petiisse aliquid ad edendum, cumque Venerius respondisset, nihil habere nisi carnem, quam ipsimet ei dederunt praecedenti die, quae erat Iovis, ad coquendum; carnem illam petierunt, et comederunt; idque alio simili die similiter contigisse, ait ipse Venerius, qui invitatus ab ipsis ut comederet carnes, comedit, putans iam medietatem noctis transiisse. Veniam petit, et promittit &. Abiurat, et absolvitur. — 2 Maij — 713 — 714

707. Gregorius Bellozacius de Villa Ville Aquil: Dioc: defertur, quod cum esset Coneglani in Dominica Palmarum invitatus a duobus amicis, ut secum iret ad audiendam Missam, et Concionem, respondit: Che non voleva andare altrimenti alla Messa, ne alla Predica, e che gli bastava, e faceva piu conto, e stima della luce di questo Mondo, che dell'altro, e che non si curava piu d'essere del Diavolo, che di Dio. Habito unius testis constituto, siletur. — 18 Dec.

708 e Nicolaus Tomasio e Villa Canfarne incola Pozzoli, sponte se accusat de sortilegio commisso, ranam scilicet appendendo collo puellae ipsius filiae, ut eam a febri liberaret. — 1.5 Iunij — 715

2 Marina Uxor Luigij Ceuli e Villa Pozzoli se accusat, superstitiosis verbis mamillam signasse uniusfeminae cui nomen Simona Uxor Blasij de eadem Villa. — Dictu die — 716.

3 Simona ipsa similiter de tali signatione se accusat in Sancto Officio. — eadem die

4 Iosepha Uxor Bapta Batteli de eadem Villa se accusat de signatione eadem, et iisdem verbis sibi facta ab eadem Marina. — 12 dicti — 717.

709 Ioannes Bapta Caligaris Utinen: habens puellam surdam vocat Ursulam quamdam Vileam habitantem in Burgo Ysolae, ut ad suam ipsius domum accedat, et sanet dictam puellam; quae quidem Ursula iubet, dari puellae aquam Epiphaniae ad bibendum, quod et fecisse se accusat, addens eadem die etiam vocasse Alexandrum Basilium, de quo communiter sperebatur, quod huiusmodi infirmitates sanabat, qui respondens dixit: Che la Putta doveva guarire, o morire in termine di tre giorni. — 25 dicti — 718

710. Presbiter Io. Bapta . . . . Civitatensis defertur, una simul cum aliis Presbiteris, die quadam stetisse ante fores Ecclesiae dictae Civitatis, et manu tenere folium scriptum, cuius initium erat: Chi dirà questa parola qui, che sta scritta, non potrà confessare di la corda. — 12 dicti Iulij

711 Illustris Dnus Fran. Hettoreus Utinen: exhibet folium sua ipsius manu scriptum iussu Sig. Dnae Matris, in quo quidem folio denunciatur Soror Iulia Moisessa Conventus S. Clarae Utini, quod Sorori Franciscae Tertij Ordinis S. Francisci eleemosinam ab ipsa petenti proficiscendi gratia Assisium, respondit: Che se ne avesse un Sacco, non glie ne daria; e che S. Francesco era un Omazzo, et alia verba in contemptum addit. — 31 eiusdem — 719

712 Fr. Angelus Alpini Ord. Min. de Observantia Guard. Glemonae defertur, publice dixisse Indulgentiam S. Mariae Angelorum prope Assisium apud ipsos Min. Obs. esse perpetuam, et apud nos Conventuales limitatam. Item concionando plures falsas, et hereticas propositiones protulisse, nimirum de Incarnat. Verbi Divini sermocinando dixisse: Che lo Spirito Santo è Ministro di Dio; Che S. Gio. Batta amministrava il Sacramento — 3 Augusti — 720

Dalla

della Penitenza, e gli altri Sacramenti ancora alla Beata Vergine. Ha è opinione, che lo stesso Santo sia dannato, e che tal opinione non è senza fondamento, e che essendo indecisa, manco lui la vuol decidere; fondandosi, che quando S. Giò mandò li discepoli a dimandar a Cristo: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? prima che tornassero i discepoli, S. Giò morì, onde incredulo. Ha[?] predicata assolutamente la Concezione, e confutata la Santificazione. Examinantur testes, quorum alij eum accusant, alij eum excusant. Ipse autem pluries constitutus, in dictis multis quae dixit exponit, tum se excusat, et veniam petit, multaque item sibi obiecta negat audacter; quare loco carceris ei assignatur cellula in suo Monasterio. Iterumque constitutus eodem modo uti supra se habet, petit copiam indiciorum, facit suas defensiones. Aliud non apparet.

713 Margarita Nardis e Tolmezzo Aquil: Dioc: eiusque filia Cattarina. Magdalena quoque Vxor Adami Valentinis de eadem Terra deferuntur maleficia committere, et communiter haberi, ea esse maleficas. 3 Septbris

714 Valentinus Carniello e Villa Palazzuolo Aquil: Dioc: defertur, occasione cuiusdam discursus diversarum rerum cum Vicario Curato eiusdem Villae asseruisse propositionem hanc: Puttana di Cristo non esser peccato, cumque dictus Revd: Vicarius eum reprehenderet, et interrogaret, unde didicisset prefatam propositionem non esse peccatum, respondit: Che l'aveva sentito da altri, che questo non era peccato, et in specie da Giovanni Zuarino. Ipse autem Revd: Vicarius Curatus denuncians interrogatus, an dictus Valentinus sit homo litteratus, respondit: Non hà intelligenza da niente, non sà leggere, ne scrivere. 13 9bris

715 Fr Nicolaus Fenelius Ord. Predicatorum defertur, hereticas propositiones in sulo[?] proferre, et citantur testes, quibus auditis, nihil contra delatum colligitur. 4 9bris

716 Jacobus Zanon Curiae Naonis Concord: Dioc: nequiens Matrimonium consumare cum propria Vxore, suadetur a Benedicto del Zotto e Villa Cordenons eiusdem Curiae, ut ad Iacobam Pittacolam, de qua supra pluribus in locis, se conferret, et ab ea liberabitur a dicto impedimento. Pergit itaque ad illam, et ab ea recipit remedium superstitiosum, quod et opere complet. 13 Februarij 1610

717 Fr Oratius de Alrua[?] Sacerdos Ord. Min. de Obsa. denunciatur misisse maleficiatos quosdam ad Lamias, ut ab eisdem sanarentur, similiter maleficiatis medicamenta dedisse, edocuisse pariter quamdam feminam caracteres quosdam, quibus uteretur ad reconciliandum sui mariti affectum erga ipsam, Carnes comedisse diebus Veneris, Sabbati, et Adventus, cum tamen sanus esset. Dantur testes super predictis, nec tamen examini subiiciuntur. 23 dicti

718 Angelus Sclina Sutor de Glemona defertur in Dominica Palmarum se contulisse in domum Angelae Locatelli de eadem, et cum ea locutum fuisse de morte, et de anima, dicens: quest'anima nostra è un vento, come può patire? E chi hà mai veduto quest'anima uscire dai corpi di quelli, che muoiono? Cui Angela respondens dixit: Non parlate di queste cose; et ipse dixit: Voglio andar dall'Inquisre che mi dica sopra questo quel che sente: et ipsa respondit: Beati qui non viderunt, et crediderunt; ille autem adhuc repetebat: Che l'anima non poteva patire. Haec retulit dicta Angela pro suae Conscientiae exoneratione. 10 Aprilis

719 Iacoba Pittacola, de qua supra, rogatur a Nicolao del Pozzo[?] da Villa Valle Curiae Portus Naonis, ut sanet filium suum, auferendo a dicto[?] impedimentum in usu Matrimonij; ipsa autem postulat, sibi deferri aliquid dicti filij impotentis ad usum Matrimonij; Pater itaque defert Cincturam Filij, et dat Pittacolae. 17 dicti

720 Aquinus Turra, de quo supra, è Portu Naone denunciatur habere apud se statuam, seu idolum, coram quo orat, et a quo recipit responsa, et gratias obtinet. Decernitur, deveniendum esse ad examen testium, ex 1. Junij

quorum

quorum diebus, pravatur ipse reus, quod sit veneficus, quod veneficiis mulieres ad se trahat, cum quibus postea mechatur, et alios etiam mechari facit. In fine huius Processus non extat decretum huius Aquileiensis carcerationis, licet in Summario videatur carceratus.

721. Nicolaus . . . . e Villa Chialsiareto in die S. Marci dum fit Processio solemnis, omnes de more sistuntur in quodam loco solito dicto in Questa, ubi deposita ad terram Cruce, dictus Nicolaus cultro circulum circa pedem Crucis efformat in terram, deinde modicum terre, cui herebat extremum ligni Crucis, excavat, eamque super unam arborem ibi vicinam reponit, versis ad Celum herbarum radicibus, que in dicta terra erant. Examinantur testes, ex quibus colligitur in dicta Villa non solum sed et in aliis omnibus, morem hunc habuisse usum apud suos Avos, Proavos, Atavos, contra tempestates: propterea qui dictos terram excavat, ait, vel similia verba profert: tanto danno possan fare le male acque in questi Paesi, e in queste parti, che ha fatto danno il piede di questo Crocefisso in questo pezzo di terra. 24 Iulii

722 Lucia Uxor [illegible] Piscatoris e Villa Strassoldi incola Villa Chiaia Comend. Aqu.: defertur veneficiis infirmos curare. 1. Augusti

723 Presbiter Santinus Rois Curatus Villa Lusani in Carnea Aquil. Dioc.: se accusat de retentione, et lectione cuiusdam libri superstitiosas appropiationes Psalmis David, imo et secreta, et experimenta sortilega edocentis, ex quibus secretis duo experimenta fecisse ait, unum ad amorem, alterum contra quendam ambulantem, ne ulterius progrederetur, sed reverteretur, et alia etiam transcripsisse, postea combusisse. Librum autem illum mutuo acceperat a Dno Francesquino Pacifico de Sancto Daniele. 11 Octob.

724. Idem Presbiter iterum coram S. Officio comparuit, et se accusat de retentione, lectione, et experimentis factis alterius libri mutuo ab eodem Dno Francesquino accepto, quem etiam combusit, et in eo agebatur de Fisonomia, de obventione, chirromantia. 22 Febr.

725 Dnus Francesquinus Pacifico e Sancto Daniele pred. vocatus a Rmo Rdo P. Inquisitore, et in Sancto Officio constitutus super libros, de quibus supra, pronunc dimittitur. 12 Octob.

726 Fr. Dionysius Venetus Ord. Predicat.: occasione cuiusdam quesiti super Observantia Fratrum Predicatorum Reformatorum, et Conventualium, dixisse fertur: siccome fra gli Heretici vi sono diverse opinioni Eretiche e forfantesche contro il viver Catolico, cosi fra noi altri Osservanti sono diverse opinioni forfantesche contro il vivere Religioso, andando voi altri di Cividal seminando, che noi altri Conventuali viviamo in peccato mortale. Denuncians instat cohiberi istum modum loquendi, eo quod sibi videatur, quod Fratres ipsi observantes non bene assimilentur hereticis. 7 9bris

727 Presbiter Petrus Locatellus Vicarius Curatus Modii Aquil. Dioc.: coram Iosepho Matthiusso de eadem Villa per Epistolam defertur hec verba dixisse: sono tante sette al Mondo, e tanta è la diversità della fede, che chi sa, qual sarà l'accettata da Dio nel giorno del Giudicio? et in quodam Sermone, quem ipsemet habebat ad populum dixisse: che il compiacer la Carne, quanto alla Lussuria, non è peccato. 4 Decemb.

728 Lucia, de qua supra numl. 722 cuidam Presbitero infirmo eam interroganti de qualitate sue infirmitatis, dixisse defertur: ipsum fascinatum fuisse pomo sibi tali sibi donato, et tarde nimis sue infirmitati remedium quesivisse, eventus dictum femine comprobavit, nam et 4 Ianuarii 1611

poma sibi donata fuisse eodie invenit, et ex infirmitate illa mortuus est. Ab alio rogata, quot annis esset victurus: Ipsa mensurare cepit fila quedam, sive cordas, deinde respondit interroganti quod quindecim, aut viginti annis viveret. Mò communiter signando cequenda fascias, aliasque id generis pannos, vel indusia, coniecturare solet diversas infirmitates. Audiuntur testes, qui probant omnia obiecta contra dictam Luciam, Que pluries constituta ex sibi obiectis aliqua fatetur, aliqua negat, et aliquando subterfugiis vim interogationis declinat, vel negat. Aliud non apparet.

729. Quorumdam in scriptis spontaneę accusationes adversus semetipsos, eo quod preceptum denunciandi hereticos, vel suspectos de heresi non adimpleverint in termino a Sancto Officio prefinito, eosque denunciant ubi [illegible], et nonnulli ex eis ob retentionem librorum prohibitorum, eorumque lecturam se accusant, petuntque absolvi. 23 Martij

730 Fr. Joannes . . . Questuator Ord.: S. Augustini habitans in Conventu S. Joannis Vercroni, cum reverteretur a villis Caludij pervenit ad villam suppositam Aquil: Dioc., et ingressus domum Christophori Soler Cauponis, ascendit supra scannum, et predicare cepit contra Presbiteros, quod sint usurarij, et avari, aliaque addidit contra Religionem, que tamen in denunciatione non apparent. 13 Aprilis

731 Petrus Ant. Avalinus de Raveo, Venetijs habitans tempore Quadrag.: precedentis per villas quasdam deambulasse defertur, petendo ova, etiam minas addendo cum stilo ad manus contra nolentes sibi dare ova, que et publice comedebat, deinde blasphemabat. 14 dicti

732. D. Joannes Pasqualis [illegible]: eodem crimine, de quo supra, nempe de ommissione denunciandi Sancto Officio Fratrem Marcum Antonium Sarabellum Ord. Eremitarum S. Augustini, de quo num. 662, et 664, et de retentione quorumdam librorum prohibitorum, et petit absolvi. 19 Aprilis

733. Jacoba Pitacola, de qua supra, defertur contra fa[illegible] licitantes remedia prebere 21 dicti

734. Virgilius de Virgilijs coram pluribus dixisse defertur; che non crede a Preti ne all' Altar, ne fuori. 4 Maij

735 Presbiter Nicolaus Dominici a Villa Sauris Superioris Aquil: Dioc: ubi prius fuerat Curatus contra expressum preceptum Dni Plebani dicte ville, ne quis vetitos cibos auderet edere in Quadragesima absque sui licentia, in domo propria coram pluribus inter quos et Michael ipsius Pater reperiebatur, dixisse defertur: Che non cominciava la Quaresima, se non il Lunedì doppo la prima Domenica di Quaresima, e che il Popolo non dovesse dimandar licenza al Curato di mangiar cibi proibiti la Quaresima, perche si potevano mangiare liberamente, come era stato osservato per il passato, senza licenza, e che dovessero mangiar senza peccato; cuius suasione Fer. 6. Quattuor temporum Quadragesime ipsius Pater, et nonnulli alij ova, caseum, et butirum comederunt. Quod item integras noctes baccanaliorum tempore saltasset, comedisset, et bibisset, et nihilominus eodem mane missam celebrasset. Quod item contra premonitionem eiusdem Plebani, quod festum S. Georgij celebratur 23 ~~[illegible]~~ Aprilis eiusdem Presbiteri Nicolai causa, et suasione celebratum fuerit a Populo die sequenti, quia scilicet dixerat, che era più vero, che l' Evangelo, che fosse alli 24, che alli 23, quod similiter cum dicto Patre per domos ivisset, suadens populum, ne ad audiendam missam Plebani se conferrent, quia erat excommunicatus. Nil habitis, scitur. 9 Junij

736 Franciscus Bianchi à Villa Morsiani defertur, quasdam feminas suasisse, ne peccatorum suorum Confessionem facerent, his verbis: Che confessione: Siate pur le belle matte a dir i vostri peccati 13 dicti

al Prete

al Prete. Tanto è andar da un Sacerdote quanto da un arbore a dir i suoi peccati. Item Sanctorum Imagines percussisse, quodque male de Sacerdotibus loquatur: quod a multo tempore confessionem suorum peccatorum omiserit, et monitus a suo Plebano, ut confiteretur, verba prius offensiva ei responderit. Tandem, quod raro ad sacram Missam audiendam se conferat, et tunc Ecclesiam non ingrediatur, sed in Campanile, qui coniunctus est Ecclesiae se recipiat.

737. Moyses Belgradus Iudeus Incola Terrae S. Viti Concord. Dioc. defertur, Leandrum Hispanum de eadem Terra suasionibus ad Iudaismum traxisse. Fiunt plura examina Utini, in Civitate Venetiarum, Bononiae, in dicta Terra S. Viti, Portus Gruarij, interimque Moyses carceratur Bononiae, ubi constitutus petit se defendere ab obiectis, propter quod et hic, et alibi fiunt examina. Tandem quid de cognitum sit in processu non apparet; adsunt formulae citationum, et sententiae contra Leandrum, sed an de facto citatus, vel sententiatus fuerit non apparet. 11 Septembris

738 Helena Cosana Utinen: degens in vico S. Bartholomei defertur, die quadam dedisse vinum ad bibendum Antoniae q. Petri e Villa Canaletto, quae statim veluti stupida remansit, vixque ad domum propriam reversa est, ubi statim caepit flere, et a duobus annis adeo male se habet, ut cum ob ipsius inopiam alijs famulari debeat, Dominos, quibus famulatur, relinquere, et ad alios transire cogatur. 11 Octobris

739 Cecilia Tenieri Utinen: defertur, die quadam ex ira contra duos viros arbitros in causa facultatum ipsiusmet Ceciliae, dixisse: Che sono del Diavolo, e che vuol citarli nella Valle di Giosafat. 3 Novembris

740 Martius cognomento Minimus, et Vincentius Cesarinus e Terra S. Viti, cum die quadam ingressi fuissent Conventum Fratrum Ord. Praedicatorum, eos urbanitatis gratia comitabatur quidam Pater Stephanus de Corrigio eiusdem Ordinis. Deambulantes itaque et simul fabulantes, dictus Martius haec dixisse defertur. Che non era obligato a far riverenza alle imagini de Santi; ma che se le faceva, era sua cortesia, e non lo facendo, non faceva peccato. Che la Santissima Trinità era alla similitudine d'un paio di braghesse, dicendo: le braghesse han tre buchi, due da basso, mostrando con le mani li ginocchi, e l'altro, mostrando verso i genitali, e così era la Santissima Trinità di tre persone. Che il Papa può errare nel canonizare li Santi; e che per questo non era obligato a farli riverenza. Che se Iddio sapeva, che Adamo doveva peccare, a che proposito crearlo? Et quamvis P. Stefanus huiusmodi verba Martij confutaret, eumque reprehenderet, ipse tamen eadem repetebat, et ridebat. Tandem dixit: Padre io resto sodisfatto da voi. 11 Decembris

741 Doctor . . . . Minimus Pater predicti Martij cum die quadam esset in Ecclesia supradictorum Fratrum, ibique delatum fuisset Cadaver unius defuncti, et Presbiteri illud comitantes facere vellent exequias, P. Vicarius Monasterij eorumdem Fratrum illis se opposuit, ostendens librum, in quo Summorum Pontificum Bullae continebantur in ipsorum favorem. Supradictus ergo Doctor caepit Presbiteros defendere, et P. Vicarius loquens dixit ei, hanc non esse rem legibus defendendam, siquidem pro ea extant Bullae Pontificiae, ut videre poterat in dicto libro; cui Doctor respondit: Che quei libri se li formavano a lor modo: eique respondens Vic.: Che erano Bolle Pontificie, e che leggesse, Doctor respondit: Che con esse si andasse a forbir il culo. Altero die idem Doctor una cum Comite Annibale supradictae Terrae tarde pervenerunt ad Ecclesiam, quapropter non integram Missam, sed partem Missae audierunt, postea ab Ecclesia exeuntes dixit Comes ad Doctorem, che faremo di questo pezzo di Messa, et ipse respondens ait: La tiraremo dietro ai Cani, quando i baia. eadem die

742 Petrus Russigheli e villa . . . olim habitator in pertinentijs Portus Gruarij Concord. Dioc: vocatus ad videndum querum 13 Aprilis 1612

puerum infirmus, petit fasciam, quam mensurando, presente Patre eiusdem Pueri, dixisse defertur: vederè, che subito, che averò finito di segnarla, la vostra Creatura comminciarà à mangiare: et subito (ait ipse denuncians Pater eiusdem Pueri) che ebbe fornito, comminciò a mangiare, e mangiò benissimo, et subdidit ipse delatus, che era stato ammaliato a tempo, e che quando era passato detto termine, la Creatura sarebbe stata spedita. 1612

2 Antonius Molendinarius dictus Baridio e Portu Naone Concord: Dioec: volens Ballocare agrum quemdam Francisco suo famulo, et quidam Josephi Pretium locationis augeret, ut in dicta locatione ipsemmet succederet, Ant.s hoc audiens, dixisse defertur dicto suo famulo adstanti: Orsù, lasciate pur, che l'affittia, che con un segreto, che so io, esso in quel campo non racoglierà mai biade. 27 8bris

3 Jacoba Pittacola, de qua alias, ligulam (stringa) pueri infirmi tribus diebus de mane signat, deinde dat oleum variati coloris, quo ipsius venter ungatur, dicendo, che di questa infirmità non sarebbe mancato, qua tamen infirmitate mortuus est. 3 Decembris

4 Petrus Mascarinus e Villa Rolse Concord: Dioec: signat indusium cuiusdam infirmi, eidem precipiens, ut indusium illud tribus diebus deferet, postea det illud pro amore Dei, et sanabitur, tamen aliter contingit, nam infirmus ex infirmitate magis gravatur. 3 Januarij 1613

5 Mulier quedam, cui nomen Florida . . . . habitans in Burgo Portus Naonis defertur, a dolore capitis liberasse Dominicam q. Dominici Bianchetti e Villa Torre Concord: Dioec: et interrogata, come la segnò per liberarla dal dolor di testa, respondit: mi fece sedere in un vallo, e mi messe in testa una conca di rame, et andando attorno attorno detta conca più, e più volte, battendo sopra detta conca, che avevo in capo con un pezzo di legno, disse queste, ò simili parole: Vosti più presto doglia di testa, o un capello di rame in capo? et io le risposi: un capello di rame vorrei più presto in capo, che doglia di testa, e soggiungendo disse: Così ti andasse via la doglia di testa, come ti andarà via il capello di rame. in nomine Patris, et Filij etc. Amen, e fece tre volte questo segno, e l'ultima volta mi andò via del tutto detta doglia. Eam quoque liberasse, ait, à Catarro, quo male agebatur in toto corpore, signationibus, verbis etc. que labia tantum movendo proferebat, et aqua fervente. eadem die

6 Franciscus Arquatus Medicus Phisicus Portus Naonis Die quadam transeuntibus per viam nonnullis ex nostris Fratribus, ipso in quadam officina existente dixisse defertur: Frataci, furfantoni da chi sono discesi, se non da homini, che facevano professione di abitare gli Eremi, quali erano homini vitiosi, furfantoni etc. 17 Februarij

7 Dominica Uxor Francisci Naverta e Portu Naone defert indusium dicti sui viri infirmi cuidam feminę, cuius nomen ignorat, e Villa Sinis Concord: Dioec, rogans eam pro sanitate eiusdem sui viri: Et illa cum Corona signat indusium, simulque sancta verba profert, et Sanctos invocat, deinde dat oleum variati coloris ipsi deferenti ad ungendum stomacum, et dorsum infirmi; dat fragmenta panis ad comedendum, et herbas, et pulverem sub cervicali reponendas, tandem ait: che al detto suo Marito era stato tolto il mangiare già quattro mesi sono, cui Dominica respondit, che erano più di sei, et otto, et ad domum reversa omnia proiecit in ignem, indusio excepto. 29 Martij

8 Jacoba Pittacola, de qua in infinitum, defertur, medicinam dedisse cuidam Iuveni infirmo 21 Maij

similiter

similiter et pulverem album in brodio sumendum, et oleum viridi coloris pro stomaco fovendo.

9 Iacoba e Villacola Elisabethæ Vxori Christofori Rolicani de Portu Naonis sponte se offert ad inferendam mortem Ceciliæ eiusdem Elisabethæ amitæ, quæ non consentit. 6 Octobris

10 Laura Vxor Dominici Savini Civis Portus Naonis vocaturà Dño Sipione Boraio ipsius Lauræ Nepote, cuius Vxor a Partus doloribus valdè cruciabatur, cumque Laura mulierem parituram hortaretur, ut in sui adiutorium divum Carolum invocaret, respondit dictus Sipio: Che San Carlo, Che San Carlo? Chiama Iddio, che lui solo può aiutare: Non dico però, che non siano buoni, mà però questi Santi sono stati Homini, come noi altri, e però non voglio dire, che non siano buoni. 15 May

743 Iacoba Villacola Revd°. Presbitero volenti iuxta laudabilem Ecclesiæ Consuetudinem in Possessionibus in Vigilia Epiphaniæ ipsius domum benedicere respondit: che voleva andare in un suo servizio, e che non si curava di tal benedizione, sicque non permisit Presbiterum domum suam benedicere. 16 Ianuarij 1612

744 Valentinus Codul Notarius e Villa Bracia Aquil: Dioc: defertur, ab annis quindecim esse notum in dicta Villa, ipsum ommisisse Sacramentalem Confessionem, et Communionem, et quadam die coram tota vicinia dixisse: Io tengo tanto conto d'andare in Chiesa, quanto d'andare à pisciare, et quod hæreticaliter blasphemit. 14 Augusti

745 Citirius de Lestio B. Virginis Mariæ Imaginem cultro vulnerasse defertur, super quo facto processatus fuerat a Potestate Seculari. 5 7bris

746 Georgius Rossi Tergestinæ Dioc: ab Illmo, et Revdmo: D: Nuncio Apostolico in Civitate Gratz processatur, quod non Sacerdos Missam celebrasset, ac Baptismi, et Penitentiæ Sacramenta pariter administrasset. Confecto processu, gravibus causis animum Summi Pontificis moventibus, et ex gratia damnatur perpetuo ad triremes, sed cum ad huiusmodi pœnam sustinendam impotens repertus fuisset, damnatur ad perpetuum carcerem, sed et hoc fracto a concaptivis in eodem Carcere, ipsis fugientibus, ipse solus fugere noluit, inquiens: volle ivi manere, et sibi taxatam penam adimplere, propter quod S: Congregatio cum ipso misericorditer agens, ad serviendum perpetuo in aliquo Monasterio in servitijs vilioribus eum condemnavit. Ductus itaque ad Conventum Fratrum Mnr̃ de Observantia in Monte Sancto (procul a Goritia quattuor milliaria) per duos menses humiliter inservivit: sed factus nimis insolens, eiectus fuit a P. Guard°, qui ex certo respectu P. Inquisitore, qui eum comendavit Excellmo Comiti Turriano, qui eum recepit, sed agens insolenter in domo dicti Comitis, eum in Carcerem Diuini coniecit, certioremque fecit P. Inquisitorem. 14 dicembris

747 Pater Ioseph de Muro Apulus Ordis: Prædicatorum examinatur in S: Officio Paduæ ad instantiam Sancti Officij Aquileiæ contra Frem Arcangelum de Cetilia eiusdem Ordis: qui litteras testimoniales ostendebat, dicebatque, se esse Sacerdotem, cum tamen litteræ falsæ essent, nec ipse esset Sacerdos. 19 May 1613

748 Barbara de Histropp Ditionis Principis Salisburgi nata ex Patre, et Matre hæreticis, Mattheo del Moro promittenti sibi eam ducere in Vxorem, ipsa è contra eidem promittit ad Fidem Catholicam transire. Itaque cum ipso in Matrimonium coniuncta, Lutheri heresis, et errores abiurat, absolvitur ab excommunicatione, et S: Fidem Catholicam amplectitur. 7 Iulij

749 Petrus Maggiorana e Villa Orsago cupiens loqui cum Diabolo, consulit Nicolaum Marconem e Villa S: Cassiani del Meso in loco, quem vocant Ponte, qui respondens dixit: Che andasse tante volte di 5 dicembris

notte.

notte in una Crociara, e chiamasse il Demonio, che li sarebbe apparso; ma che in quel tempo non aves-
se ascoltato Messa, ne detto Orationi, ne fatto segno alcuno di Cristiano. Idem Petrus, ut cogeret quen-
dam ad sibi dandam certam pecuniam, eundem Nicolaum consuluit, qui dixit ei: Che facesse
una fogazzata, e trà le altre cose vi mettesse del seme umano, e la dasse a mangiare a quel tale.

750 Presbiter Franciscus Riga Curatus Villae Visadon die ultima Penteco(s)tes sermonem habuisse ad populum in Missa, defertur, et inter alia haec dixisse: Popolo mio, io non sò, perche vogliate bene al vostro Capel- lano Prè Iacomo Cesolino, e non sò perche faciate pregare a lui per i vostri morti; perche tanto può egli pregare per l'anima de vostri morti, quanto può pregare il Diavolo dell'Inferno. Onde subiun- git denuncians, per queste parole è nato nel Popolo non poco scandalo, dicendo alcuni: credevamo, che le Messe fossero tutte eguali, e di un valore, ma per quanto dice il Prete, non sono. Dat testes. Aliud non apparet. 22 Iulij

751. Angela rel: q. Ioannis Salvini e Villa Felettis defertur, communiter haberi pro striga, et die quadam dum loqueretur cum D. Io. Baptista Bazandrio Vtinen: dixisse, che l'una figlia di Gioseppe Senno di detto Sig.r Bazandrio d'anni dodici, esso D. Gioseppe non ne averebbe allegrezza, et in breve tempo s'ammalò detta Figliuola, e declinando a poco a poco frà otto, o dieci giorni morì. Similiter die quadam cum esset irrata contra duos ipsius cognatos dixisse: a chi mi fà dispiacere, se io mi pongo a Cavallo in un ne- ... di poca, mi basta l'animo di farlo morire. 12 Augusti

752 Octavius Marini e Villa Grao Incola Villae Cassoliani Aquil: Dioc: ab annis undecim annuam Confessio- nem, et Comunionem ommittere, defertur, insuper scandalose loqui super illis verbis Pater maior me est, sic etiam de Beatissima Virgine, nullam alicuius Sancti Imaginem in domo sua habere, et quadam die iter faciens per mare ad Civitatem Aquileiae vix periit in mari, dixitque: andavo per confessarmi, et il Diavolo volendomi annegare, non voglio più confessarmi, et reversus est in domum suam. Dantur testes. Aliud non apparet. 30 Augusti

753 Israel Cotmander Gothus Medicus in Civitate Goritiae defertur, infernum, et purgatorium negare, dicendo esse res imaginarias, carnem omnibus diebus comedere, debitum honorem Sanctorum imaginibus non prestare, et nullam earum in domo habere, imò quandam Imaginem Crucifixi ex papiro con- temptibiliter lusisse, dum ingreditur Ecclesiam acquam benedictam de more non sumere, nec signo Crucis se signare, et ibi indevotissime manere. Falsum esse Christum passum fuis- se: falsum esse Filium Dei venisse, addens Deum non habere Filium, et quod dicitur de Christo, Presbiterorum, et fratrum esse inventionem. Hoc cum pluribus disputavit, et contra omnes idem sustinere velle. Horum testes duae feminae dantur, quarum una constituitur, et delata con- firmat. Deinde deletur. 30 Septembris

754 Dominicus Bera Caugo in Terra Glemonae defertur, duas simul habere Vxores, unam Venetijs, alteram Vtini in Burgo Aquileiae. eadem die

755. Natalis Cieuse Villae Flebain Aquil: Dioc: defertur publicè Deum, et B. Virg. Blasphemare, in diebus fes- tis famulos suos operari facere, eosdemque consentiente, carnes comedisse in diebus Vigiliarum, Sacer- dotem divina officia celebrantem strepitibus, verbisque contumeliosis obturbasse magno cum scandalo; a pluribus annis sacramentalem confessionem ommisisse, per annum ob percussionem sacerdotis in excommunicatione mansisse, et in articulo mortis a pluribus hortatus ut confiteretur, noluis- se confiteri. Nominantur testes. Aliud non apparet. 3 Aprilis 1614

756 Fr. Mercurius

756. Fr. Mercurius Rainerius Ord. Min. Convent. Civitat. dixisse defertur. Che Papa Clemente ottavo 20 Maij
non solo hà perseguitati li Frati in Terra, ma anco li Santi in Cielo, poiche li Santi, de quali
Sisto Quinto fece l'Officio doppio, lui li hà fatti Semidoppii; e che noi mangiamo adesso la Car-
ne il Venerdì et il Sabbato per causa della riforma dell'anno fatta da Gregorio Decimoterzo, e
però vengono tempi così contrarij, e piovosi. Haecque plures etiam dixisse. Auditis testibus non
quidem omnibus contestibus diletur.

757 Jacobus Spiz e Villa Platischis Dalmatinus sub Parochia Attomis defertur ad Villam Longh ivisse, et 14 Junij
ad omnes ferè domos accessisse dicens: quod bruta animalia tali tempore morerentur, at ipse ab hoc
periculo ea liberaret. ingressus igitur animalium stabula cum candela benedicta accensa,
eorum pilos pluribus in locis combussit; quod item egit cum animalibus Dominici Cassaruth
è Villa Platischis, quod a multis annis non ibant ad saltum, ut possent gignere.

758 Marietta Trevisana e Villa Fratuzza Concord. Dioc. cum die quadam verbis contenderet cum Francischi- 6 July
na filia Augustini Guarana de eadem Villa, eidem Franceschinae dixisse defertur. Franceschina,
Franceschina te ne pentirai, e quando le mie rose saranno secche, le tue saranno verdi, et post
paucos dies infirmata est. Ut autem pristinae sanitati restitueretur, ad quamdam Luciam e Villa Siai
se contulit quae ei dixit: Fiola, la fattura è troppo innanzi, non ti posso aiutare, perche tu sei stata
incrosata in giorno di Giovedì, e di Domenica. Tu caminando hai messo il piede nella busa in-
crosata, siche sarà difficile il liberarti, pure procurarò sanarti con l'aiuto di Dio, e della Ma-
donna. Cumque illa instaret ut nomen lamiae sibi patefaceret, et quomodo ab eadem fascinata?
Respt. Che era stata incrosata nella gradella della Chiesa di Concordia, andando col piè den-
tro, e tornando col piè sinistrato, addens: mà perche non ti posso dir il nome, ti dirò i contrasegni,
et è, che tu hai contrastato con una donna, e questa ti hà stregata. Illae autem duae feminae
Marietta, et Lucia communiter habentur pro lamiis.

759 Jacoba Pittacola, de qua supra, defertur dedisse quamdam acquam Serinae Uxori Antonij Molinarij, 28 dto
ad amorem excitandum in Dominico Molendinario, cuius amore ipsa Serina capta erat.

760 Franciscus Bianco, de quo supra num.° 736, defertur, annualem Confessionem, et Communionem omitte- 3 Aug.
re, et eadem Comittere, quae in prima denunciatione, imò et graviora, videlicet Sanctorum Imagines, quae in
cortivo domus suae extro percussisse. Auditis testibus praefata comprobantibus, ipse quoque auditur, at
quoniam veritatem conatur abscondere, in carcerem conijcitur, iterumque audito, nec veritatem
volens aperire, ad carcerem reducitur, tercio petit audiri, et omnia opposita sibi fatetur, et renun-
ciat defensionibus sibi oblatis. Decernitur itaque, ipsum de levi abiurare debere, penitentiatur,
et absolvitur.

761 Soror Gabriela Colloreta Abbatissa, et Soror Cesarea Neausera in Monasterio S. Clarae Utini defe- 6 dto
runtur, infrascriptas propositiones, easque respective dictis Sacrae Scripturae comprobasse, videlicet: he-
breos in sua fide absque Baptismo salvari posse. Nos per passionem Christi absque nostris operi-
bus salvos fieri; Beatorum animas nunc in requie dormire, et damnatorum animas in Inferno
usque ad magnum Judicium. Quod item parvam, aut nullam habeant fidem medalijs S. Caroli,
et Sanctorum miraculis. Conficitur processus offensivus, et defensivus, extant processus informativi.
Aliud non apparet.

762 Maria q. Marci Gattini e terra Culcinici Concord. Dioc: maleficia, et veneficia efficere, et com- 12 7bris
muniter

muniter haberi pro tali defertur. Auditis testibus ipsa quoque auditur, et pro nunc dimittitur examinari. Deinde sub pena excommunicationis, et carceris per mensem ei precipitur, ne ullo modo audeat quempiam mederi, aut medicamenta, vel oleum pro quacumque infirmitate cuiquam exhibere, licet etiam vocata, vel requisita.

763 Jacoba Pittacola, de qua supra, defertur, dedisse operam ad sciendum, an quidam vir, cui nomen Camillus viveret, vel mortuus esset, eo quia ab annis iij promiserat accipere in uxorem Antoniam q. Jacobi Selaro Portus Naonis et ad Civitatem Vincentie se contulit post promissionem, et de matrimonio contrahendo nihil sollicitus fuit, unde putabatur, ipsum mortuum fuisse. 16 Decembris

764 Jacobus . . . Consiliarius, et Caput Communis S. Viti Conadrij defertur, quadam die publice sequentia verba dixisse. Bisogna pigliar tutti questi Preteroni, che vol intrigarsi nelle nostre cose coi piedi in su, e tuor un palo di legno, et impenderli fin al capo, se fosse proprio il Pontefice stesso. 8 Januarij 1615

765 Franciscus Vinchelmair de Vienna Austrie Superioris hereticus Lutheranus sponte se presentat in Sancto Offitio, petitque reconciliari S. Romane Ecclesie Catholice. Paterne excipitur, abiurat errores Lutheri, ei salutares penitentie iniunguntur, et S. Romane, et Apostolice Ecclesie reconciliatur. 13 dicti

766 Jo. Martinus Bonecchi Utinen: petit absolvi ob lectionem quorumdam librorum prohibitorum. Absolvitur in forma Ecclesie, salutariter penitentiatur, et dimittitur. 8 Aprilis

767. Ascanius Raimundus sponte se accusat de prolatis, et repetitis verbis superstitiosis ad amorem, et petit absolvi, promittens &. Absolvitur in forma Ecclesie. eadem die

768. Petrus Olero Doctor medicus Clemonensis defertur, coram pluribus testibus auctoritati Summi Pontificis detraxisse, dicens: Che il Papa non gli poteva proibire il mangiar carne il Sabbato, o se bene gli era proibito, non faceva però alcun errore a mangiarne. Che il Papa non poteva proibire il prender moglie a Religiosi. Decernitur, ad examen testium esse procedendum, at in ipso testium examine Petrus delatus moritur. 14 Aprilis

769 Wolf Koiat de Neuhoffen Austriacus hereticus petit absolvi, et in numerum Catholicorum recipi. Abiurat, absolvitur, et reconciliatur S. Romane Ecclesie. 17 dicti

770 Petrus Cesco Villa Fraiis Concord: Dioc. verbis superstitiosis, et signo Crucis, defertur, operam dare ad sanandas infirmitates, signando scilicet cingulum infirmi, quod dum signatur, et verba superstitiosa profert, modo longior, et modo brevior apparet. . . . . . 27 eiusdem

771. Fr. Theodosius Civitaten: Ord.nis Capucinorum officio Concionator sponte se accusat in concione S.cti Joannis Evangeliste habita in Hortalitio Palme dixisse ex vi verborum illorum Christi ad Virginem Matrem: Ecce Filius tuus, et ipsi Joanni Ecce Mater tua, eundem Joannem vere, realiter, physice, et naturaliter, iuxta quorumdam opinionem, evasisse filium eiusdem Virginis Marie. Iubetur, in Ecclesia Palme hanc opinionem reprobare, et veram sententiam exponere. 15 dicti

772 Bartholomeus Franquilla Caupo Utini defertur, in sua Caupona a pluribus annis hereticaliter blasphemare in Deum et Beatam Virginem 8 Maij

773 Hieremias Nanner Alemanus de Augusta Vindelicorum, idest Ansburg, petit in numerum Catholicorum recipi. Abiurat errores omnes confessionis Augustane, absolvitur, et reconciliatus dimittitur. 7.o Augusti

774 Jacoba Pittacola, de qua supra, defertur, se voluntarie obtulisse ad causandam mortem Elisabethe Uxori . . . . de Portu Naone, vel eius filio, qui paulo post infirmatus est. 5 dicti

775 Fr. Felix . . . . de Bononia Ord. Servorum Pulsator Organorum Foriiulij in Conventu sui Ordinis 30 dicti

sui Ordinis defecisse iterum, atque iterum dixisse: Christum non esse Christum, nisi probaret Vsualdum Carniolum apud se retinere triticum dicti Conventus sibi traditum à Fratre Paziente eiusdem Ordinis, et Conventus

776. Ciriacus Camerlengus a Nito Provinciæ Piceni sponte se accusat bigamum, misericordiam petens, et absolutionem. Abiurat de vehementi, absolvitur, et pænitentiatur, cum beneficio sponte comparentis, de hoc iterum num.° 797. 19 9bris

777. Nadalia Querina e Villa Spinadretto Concord: Diœc: processatur, ut malefica in foro sæculari apud Illmũ Comitem Curliliarum, in cuius carceribus captiva manet, deinde per S. Officium, et primo quidem educitur è carceribus, constituitur super sibi obiectis, et continuo negat; unde examinantur testes, et contestes habentur contra ipsam; constituitur pluries, et illa obstinatè negat; tandem misericordiam, et veniam petens, omnia sibi obiecta fatetur, quare admittitur ad carcerem. Deinde constituitur D. Medicus dicti loci ad sciendum, cuius qualitatis fuerint infirmitates eorum, quos Nadalia fascinavit. Aliud non apparet pro S. Officio. Extat una Epistola Exc.^mi Illmi Locumtenentis Utini Nomine Exc.^mi Senatus Veneti ad Supradictum Illmũ Comitem, ut quindecim dierum spatio expediat causam contra dictam Nadaliam Querinam. 4 Maij 1616

778 Presbiter Thomas Candidus Canonicus Utinen: sequentes propositiones protulisse, defertur: Che Cristo non è stato Dio, nè meno è, perche se fosse stato Dio, non aurebbe patito quegli obbrobrij, e quelli, se ben vi quali si dice, aver lui patito. Et monitus a deferente, quod hæc habentur in sacra Scriptura, respondit: Chi mi assicurera, che sia stato San Paolo, e gli altri, che hanno scritto? Io lo vorrei sapere realmente. Chi è stato in Cielo. Chi è stato nell' Inferno, che possi ragionar maco, e dirmi queste cose? Addens etiam, che l'anime nostre doppo morti, non vanno in altri luoghi, che ad informar altri Corpi. Statuitur, devniendum ad formationem processus, et ex dictis testium insurgit, quemdam Philippum Bertolinum Utinen: dixisse: che non v'è Purgatorio, ma è inventione de Preti, e de Frati per cavar limosine, che altrimente non vi aurebbero, et videns Crucifixos velatos in Ecclesiis tempore Passionis dixisse: Che Cristo s'era fatto di maschera, et alia quædam de anima separata, de Salvatione hominum, et de oratione. Auditis testibus, ipsi quoque audiuntur, et ad interrogata respondent non recordari, sese non dixisse, & Aliud non apparet. 15 dicti

779 Franciscus de Bravi Olandensis è Civitate Rotterdami hæreticus Calvinista Sponte petit recipi in numerum Catholicorum. Abiurat, Absolvitur, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ reconciliatur. 27 Augusti

780 Joannes Oliverius de Monte Pesulano in Gallia, hæreticus Calvinista sponte se sistit in Sancto Officio, petitque fieri Catholicus. Abiurat, absolvitur, et fit Catholicus. 7 Octobris

781. Miles quidam, cuius nomen ignoratur, graviter decumbens in Fortalitio Palme, acceptam in ore Sanctissimam Eucharistiam de manu Sacerdotis, post Sacerdotis discessum, Sanctissimam Hostiam expuit in mantili, deditque Meretrici, quam domi habebat. 23 dicti

782 Lucretia filia Melchioris Molendinarij Vicentini sponte se accusat de abusu olei Sancti, verborum Consecrationis, Reliquiarum, Coronæ B. Virginis, Agnus Dei Papalis, Orationis Dominicæ, et Salutationis Angelicæ, incantationis insuper unius cinturæ, combustionis luminis sepulti, additis verbis sortilegis, incantationis etiam unius piscis, cui nomen bisatello, additis similiter verbis sortilegis, quæ tamen facta incantatio non fuit a dicta Lucretia, sed ipsius pratia facta fuit a quadam Marieta Vicentina, quæ dictam Lucretiam sortilegia edocuerat. Hæc autem omnia 18 9bris

operata

operata est Lucretia, ut continuo eam amore prosequeretur Sacerdos quidam Canonicus, a quo Oleum Sanctum acceperat, et unus Secularis, cum quibus fornicarie miscebatur. At quod gravius est, habuisse conversationem ait, cum Demone, cui nomen Saltonello, cum quo octo annorum spatio tactis, osculisque tantum impudicis conversata est, et a quo pecuniam, resque muliebres accepit, nempè vela capitis, res argenteas, et similia, cuique promiserat huiusmodi conversationem nemini manifestare, et similiter nunquam se confiteri, nec ad Ecclesiam se conferre ad audiendam Missam. Penitentia ducta, veniam, et absolutionem tot errorum humiliter petit. Abiurat de vehementi, absolvitur, sed non presenta, et iniunctis ei penitentiis salutaribus dimittitur.

783. Georgius . . . . e Terra, cui nomen Rumoli Turcè, in Albania e Genitoribus Grecis ortus, sponte se sistit in S. Officio dicens, quod cum esset Puer annorum quinque, et in via publica luderet cum aliis pueris, a quodam Turca equitante raptus fuit, et super eodem equo Constantinopolim portatus, ubi, coactus, fidem ore negavit, et circumcisionem passus fuit, et vixit more Turcarum spatio quattuordecim annorum, carnem singulis diebus edendo. Tandem compedibus, et limatis, una simul cum aliis Christianis aufugit. Veniam itaque petit, et absolutionem. Abiurat, absolvitur, penitentiatur, et dimittitur. 18 Maij 1617

784 Christophorus Croce de Cromaur in Boemia hereticus illuster, quam dicunt Joannis Hus, petit reconciliari S. Rom.e Ecclesie. Abiurat, absolvitur, penitentiatur, et Catholicus factus dimittitur. 10 Julij

785. Fr. Augustinus de Glemona Ord. Heremitarum S. Augustini sponte se accusat errorem admisisse in celebratione Missę in die Dominico, perveniens namque ad memento vivorum, mente abstractus digressus est ad Memento Mortuorum missamque prosecutus est usque ad finem absque consecratione; veniam itaque petit errati. Caritative monetur, penitentiatur, et absolvitur. 10 Januarij 1618

786 Presbiter Joannes Baptista de Franciscis a Flumine, quę est Terra Imperialis in Istria, et Parentibus Catholicis ortus, sexto etatis suę anno, relicta Patria abiit in Canfort Provincię Alemanię, ubi receptus a Patruo Calvinista, apud eum decem circiter annis commoratus est, et ab eodem in heresibus Calvini instructus Viennam perexit, ubi quattuor annis moram duxit apud nobilem Calvinistam; deinde domum reversus, non bene visus a Parentibus quia hereticus, alibi se transtulit; demum in Civitate Utini a Ill.mo D. Comite Raimundo Turriano in sui famulatum acceptus, et ab eodem in Fide Catholica instructus decrevit fieri Catholicus; quod et obtinuit se sponte presentando in hoc S. Officio previa abiuratione; absolutione, et iniuncto ei onere se presentandi ante Ill.mum et Rev.mum D. Nuncium Apostolicum, vel ante pedes S.mi D. N. Papę, quia fuit miles in Civitate Gradiscę per annum. Factus autem fuit sacerdos in Comitatu Goritię. 12 dicti

787 Presb. Angelus Nestore di Marcotto di Tomba Curatus Castri Vialta defertur, indicium delicti sollicitationis ad turpia erga Josepham puellam, quę ante ipsum genibus flexa in Confessionali, via facta Confessione generali surrexit irrata dicens: Chè era Dovere da bene, e che non era una di quelle, alle quali esso aveva insegnato a far abortir in Vialta. 18 dicti

788 Fr. Franciscus Conti Utinen: Oblatus Ord. Min. Con. nulli Ordini initiatus Missam pluribus in locis celebravit, perventus in Conventu Utinen, et ibi carceratus et examinatus, errata sua ipse fatetur. Unde mittitur processus ad Ill.mum et Rev.mum D. Nuncium Apostolicum in Civitate Gratz, ad P. Inquis.rem Aquileię, et ad Sacram Congregationem. Quo facto iubente Summo 22 Decembris

Pontifice

Pontifice novus Conficitur Processus, torquetur, et postea abiurat de vehementi; ad perpe-
tuum carcerem damnatur et salutares pœnitentiæ ei iniunguntur.

789 Susanna a Villa Artenicu superioris Concord: Dioc: defertur, carnem comedisse in Quadrag.^a 16 Aprilis
Testes id affirmant, et ipsa Susanna carnem comedisse ait, propter dolore stomaci.

790 Thomas Montaninus de Sacilo Aquil: Dioc: se accusat habuisse opinionem non prodesse benè, 21 Maij
vel male operari, et tantum valere benè operari, quantum male, ei qui prædestinatus est,
cum absque dubio salvari debeat, et econtra reprobos damnari, de qua opinione publicè,
et cum scandalo locutus est, et cum sprætu Catholicæ Religionis. Legisse pasquinatas, in
quibus verba Sacræ Scripturæ, et acta passionis Christi miscebantur, quamvis sciret talem
lectionem secum ferre excomunicationem. Addit, quod cum sprætu locutus est de correc-
tione Kalendarij Romani facta a Gregorio XV., veniam petens, et absolutionem. Itaque
abiurat de vehementi, pœnitentiatur, et absolvitur.

791. Joannes, sive Zannutus Bevilacqua, de quo num.^o 427. defertur, sui maleficiis, et fascina- 17 Julij
tionibus operam dare. Adducuntur iidem ab eo fascinati pro testibus. Aliud non apparet.

792 Hieronymus Scrivanus, Jacobus Corazza, Jacobus Bonasso, Baptista Pistoia, et Baptista Bizuto omnes e Vil- 28 Dec.
la Orsaei Aquil: Dioc: deferuntur, in die Dominico, dum R. Curatus facta confessione ad Altare as-
cenderet Missam celebraturus sine braccis cum sola camisia Ecclesiam intrasse, flexisque ge-
nibus stetisse coram viris, et mulieribus ibi existentibus, usque ad finem Missæ, idque præ-
sponsione facta die præcedenti, intrandi in sequenti die in Eccl.^am sine braccis, ovorum gratia.
Testes, imo et delati affirmant hoc fecisse non in contemptum, sed propter sponsionem factam.
Citantur ad comparendum Utini, siquidem processus Sacilli formatus est, ad se defendendum, et
ad audiendam sententiam, spatio dierum decem, alias &. Aliud non apparet.

793 Jo: Baptista Raimundus Mancagnati, et Gratus Agricola Utinenses deferuntur, Sanctam Missam deridere, 27 Augusti
pro Alba scilicet longa subucula induisse se, pro Missali magnos libros habentes, pro hostia aliquid
assatum, pro calice magnam lagenam vino plenam, cumque mane se vident, invitant se
invicem sub titulo di andar alla sua Messa, in quo item opere insistunt, et exercent quemdam
quorum; insuper etiam hæreticaliter blasphemant.

794 Presbiter Rodulphus de Salvatis de Valle Cadubri Clericus, ad effectum habendi spiritum sibi obtempe- 8 Februarij
rantem ad obtinendam pecuniam plura experimenta magica fecisse, se accusat, medio annulo 1619
ex plumbo a se confecto, secundum quod ex quodam libro Petri de Abano didicerat, quæ quidem
experimenta magica aliis comunicavit. Veniam petit, et absolutionem. Abiurat de vehementi,
absolvitur in forma, et ei salutares pœnitentiæ iniunguntur.

795 Laurentius cognomento libero Lutheranus incola Canalis Ronzing Aquil: Dioc: defertur negare Summi 20 dicti
Pontificis auctoritatem, et dixisse, impossibile esse verificari illud dictum salvatoris, fiet unum ovile,
et unus Pastor.

796 Floreanus Malagninus e Villa Impondo Aquil: Dioc: defertur, die quadam baccanaliorum publicè per- 21 Martij
sonatum apparuisse habens in manu tabulam, in qua Crucifixi effigies depicta erat, eamque deos-
culandam offerebat sibi occurentibus.

Oliva filia Petri felis e Villa S. Floriani de Illegio in Carnea una cum aliis quattuor feminis innuptis die
quodam, cum ingressæ essent Ecclesiam Villæ Illez orandi gratia, Oliva prædicta defertur, ascendisse

ad Altare

ad Altare, et facta oratione, vocavisse unam ex illis dicensei: vien qui, che voglio dir messa, et ipsa accessit genibus flexis. Olira vocavit reliquas ad Offertorium, quæ accesserunt ad pacem deosculandam, quæ pax de more erat super Altare. Illæ autem aliæ feminæ offerebant capillos, eosque iniecerunt super Altare, et prolatis [illegible] et calice bis pacem elevavit, illa interim vestem a tergo elevando.

797 Ciriacus Camerlengus a S. Vito, de quo numero 776 Provinciæ Marchiæ Miles in Fortalitio Fossæ Aquil: Dioc. sponte se accusat transiisse ad secundas nuptias, adhuc prima uxore vivente, cum secunda vero per annum habitare desiisse promittitque cum ea amplius non habitare, addens non posse ad primam uxorem revertere, quia [illegible], petitque absolvi. Abiurat de vehementi, penitentiatur, absolvitur, et dimittitur. 17 Martii

798 Antonius Arnaldus Gallus a Civitate Castellana hæreticus Calvinista sponte in sancto Officio se sistit, petitque reconciliari S. Romanæ Ecclesiæ. Abiurat, penitentiatur, absolvitur, et fit Catholicus. 2 Iunii

799 Henricus Maler Transilvanus e Civitate Campenti ne paesi bassi natus ex Patre Catholico postea hæreticus Calvinista, et Matre item Catholica, a Patre instructus in hæresibus Calvini, a matre vero in Fide Catholica educatur usque ad annum decimum ætatis, quo anno mortuis Parentibus ab Avunculo mittitur in Brabantiam, ubi Catholice vixit, postea reversus in Patriam, more Calvinistarum vitam duxit. Tandem ad Fortalitium Palmæ profectus, ibique miles receptus, ibi hæretice vixit donec decumbens agnoscens, neminem salvari, nisi qui Catholice vivit, sponte se sistit in sancto Officio, petitque fieri catholicus. Abiurat, penitentiatur, et fit Catholicus. 16 Augusti

800 Petrus Lami Bernensis in Elvetia ex Patre Calvinista natus, a quo instructus in erroribus Calvini, de cum quo mansit usque ad quartumdecimum ætatis annum, quo desiderio peragrandi orbem ductus reliquit Parentes, et Patriam, orbemque peragravit, donec in Fortalitio Palmæ miles receptus, et a Deo inspiratus, in sancto Officio se accusat, vixisse semper more Calvinistarum, petitque fieri catholicus. Paterne recipitur, Abiurat, penitentiatur, absolvitur, et fit Catholicus. 10 Iulij 1620

801 Paulus Rochelin Venetus ob nonnullas imputationes carceratus ab Ill.mo D. Provisore, et Capitaneo [illegible] Gradiscæ, sed cum aliquæ inter dictas imputationes ad S. Officium pertinerent, nempe scripta sortilega ad amorem cum invocatione dæmonum, signis et caracteribus ignotis confecta, a dicto Ill.mo Provisore monitus fuit P. Inquisitor, qui illuc misit suum P. Vicarium Generalem, qui pluries super dictis scripturis supradictum Paulum constituit, isque semper respondit, ea scripta sibi relicta fuisse a suo Patre antequam moreretur, et a Matre super se posita tanquam bona contra arma, veneficia et eaque semper bona fide super se tenuisse, nunc autem tanquam mala, et diabolica a se abiicere. Cognita autem dicti Pauli ignorantia penitentiatur, et absolvitur. 27 Iulij

802 Joannes Fornitor e Civitate Cinam in Moravia hæreticus Calvinista petit recipi in numero Catholicorum. Itaque prævia abiuratione, et absolvitur, et fit Catholicus. 2 Iulij

803 Catharina Queccha e Villa Cordenons Concord: Dioc: ex quibusdam non levibus indiciis denunciatur ut malefica. 10 Decembris

804 Feradia e Villa Azida sotto Cividal defertur modis superstitiosis tentasse, ut infantulam infirmam sanaret. 9 Martij 1621

805 Puer quidam famulus Doctoris Locatelli Utinensis per epistolam defertur, ore proprio dixisse, se esse Benandante, quod equitat super canem, et cum feniculorum ramis pugnat. 8 Martij 1622

806 Cassiua

806. Pasqua filia Danielis Valentini e Villa Arte constituitur super sollicitatione ad turpia sibi illata in Confessione a Fratre Vincentio Alli Plebano eiusdem villae, qui super dicta sollicitatione interrogatus, omnia sibi obiecta negat. 9 Martij

807 Puer idem, de quo supra sub n.° 805 annorum circiter quattuordecim famulus D. Bernardini Antonini defertur tanquam maleficus valde excellens, et cognitor lamiarum. Cuius nomen delator ignorat, eumque per scripturam denunciat. 26 Junij 1621

808 Jacobus . . . natione Gallus incola Civitatis magnam nocte quadam tempestatem excitasse defertur et librum necromantiae apud se retinere. Ex dictis testium probatur tantum de libro. 31 Augusti 1622

809 Io. Bapta Piuttuse Villa Chiarano Aquil. Dioc. defertur, carnem comedere diebus Veneris, et Sabbati. Audiuntur testes in loco Fulmeti, deinde siletur. 25 7bris

810 Alexander Margarita Utinen. sponte se accusat de lectione, et retentione cuiusdam libri, in quo quo medicamina quaedam scripta erant, et etiam sortilegia ad amorem, quae tamen ad praxim nunquam reduxit. 23 Decembris

811 Mulier quaedam innominata e Villa Rucujnas Aquil. Dioc. defertur superstitioso modo sanasse Isabellam Uxorem Bapte Bardella in eadem Villa habitantem. 16 Februarij

812 Marius de Franceschinis Glemonensis sponte se accusat, propter quandam feminam, quam ardentissime amabat, scriptum fecisse Diabolo e proprio sanguine, ei animam, et corpus offerendo, ut per ipsum dictam feminam consequeretur, quodque promissum iteravit, et adorationem, et reverentiam diabolo exhibuit, quem tamen nunquam vidit, animo confitendi praefata peccata post consecutionem dictae feminae, etiamsi potuisset Romam proficisci ad pedes S.mi D.ni Papae, tandem inter stercora scriptum proiecit, veniam modo petens, et absolutionem. Quoniam igitur apostatavit a Fide, abiurat de vehementi, poenitentiatur, et ab excommunicatione absolvitur. 20 Maij

813 Antonius Candeanis de Spilimbergo Concord. Dioc. defertur, de Summo Pontifice, de Cardinalibus, et de Personis Religiosis male locutum fuisse, sicut et de Iubileo, et ieiunio, aliquando textus sacrae Scripturae adduxisse et male exposuisse, atque dixisse: nos salvari ex Misericordia Dei, et ex meritis Christi. Auditis testibus, sponte ipse comparet, et de omnibus sibi oppositis ad unguem se accusat. Veniam, et misericordiam implorans. Abiurat de levi. Aliud non apparet. 4 Junij

814 Leonardus Badau seu Badavinus e Villa Galliani defertur uti maleficus, et Benandante ex ordine proprio, et valde excellens in cognoscendis lamiis, ex quibus etiam nonnullas nominat. 16 Junij

815 Leonardus praedictus defertur, nominatim coram testibus dixisse, quasdam feminas esse maleficas, ipsumque esse maleficum, seu Benandante, et pugnare cum lamiis. Super quibus examinantur quaedam feminae, et duo viri, ex quorum dictis quod contra Leonardum delatum est, remanet probatum, non tamen quod feminae ab ipso nominatae sint lamiae. Aliud non apparet. Die tadd.

816 Fr. Marcus . . . de Spilimbergo Concord. Dioc. Laicus Professus Ord. Min. de Observantia haereticales blasphemias in Deum, et B. Virginem eructasse defertur coram Fratribus sui Conventus Utinenci apud P. Inquisitorem Venetiarum, qui copiam denunciationis P. Inquisitori Aquileiae transmittit. Auditis igitur testibus, Fr. Marcus sponte in S. Officio comparet, seque accusat quamvis non plene, seque excusat de prolatis blasphemiis ex impetu irae. Oblatis defensionibus renunciat. Poenitentiatur itaque salutariter uti videri potest in calce processus. 23 Julij

817. Jo. Bapta Berteolus Utinen. defertur, quadragesimali tempore carnes comedere, nunquam Missam audire 7 7bris

sam audire, et preceptum annuæ Confessionis, et Communionis non implere: hereticaliter blasphemare contra Divinam Omnipotentiam, et Providentiam, quam negat: insuper contra puritatem Dñi Nři Jesu Christi; S. Jo. Bapte, et S. Annæ alia evomere horribilia, de quibus in denunciatione, et adducuntur testes, ad quorum examen decernitur, esse procedendum. Aliud non apparet

818 Fr. Paulus Venetus Sacerdos Ordis Miñ de Observantia post auditam cuiusdam infirmi uxorati suorum peccatorum Confessionem, eidem suasisse defertur, ut sibi medietatem bonorum suorum relinqueret, et matrimonio sibi copularet aliam feminam; cumque infirmus suggestioni huic pessime acquiescere noluisset, eum a peccatis absolvere recusavit. Post acceptam similiter cuiusdam Meretricis Confessionem tempore Jubilei, eam a se repulisse defertur, dicendo: levatemi d'avanti: havete fatti tanti peccati: Non vi vergognate. Voluisse etiam auctoritatem exercere in Novitios, eorumque Magistro dicente sibi, che non lo potera fare, stante il Decreto di Clemente VIII, respondisse: non trovo, che mi possi levare l'autorità, come Guardiano, e del Decreto me ne furbo. Aquam insuper vino acetoso infudisse, licet monitus, pro celebratione Missæ. Tandem cuidam Novitio, quem amore nefando prosequebatur, dixisse: che non era tenuto a confessar, sendo, se non voleva, perche non era peccato ne meno l'atto della polutione voluntaria. Auditis testibus, a quibus ultimum obiectum non probatur, transmittitur copia Processus P. Inquisitori Venetiarum, ubi dictus Fr. Paulus expeditur. 20 Octob.

819 Presbiter Sebastianus Graficus Civitaten: annorum 51. sortilegia qualificata se accusat fecisse, nimirum cum abusu Psalmi Confitemini Dño, et invocato Nomen eius, et olei Sancti, ut amorem cuiusdam feminæ Nubilis consequeretur; veniam petens, et absolutionem. Abiurat de vehementi, penitentiatur, et absolvitur. 12 Decemb.

820 Hieronymus Conchiatus, et Lucia ipsius Uxor e Villa Gruppignani, Dominica quoque Zampana, quæ habitat apud Buccum S. Petri Civitatis Foriiulij, deferuntur maleficia exercere. 19 Martij 1623

821 Stephanus Maretti Venetus, omni consumpta pecunia, omnium quoque auxilio destitutus, actus in desperationem, proprio sanguine scriptum fecit, quo instituit diabolum Patronum animæ suæ, dummodo quindecim annorum spatio det quodcumque petierit ab eo: ponit scriptum sub terra, et diabolum vocat, eoque non comparente, ipse alterum scriptum facit, continens spatium decem annorum, illudque similiter ponit sub terra, ibique, et alijs in locis diabolum die, noctuque vocat. Interim abiicit Coronam, orationes omittit, non pergit ad Ecclesiam, nec Cruce se signat. Spe itaque frustratus, tactus dolore intrinsecus sponte se accusat in Sancto Officio, veniam, et absolutionem petens. Abiurat de levi, et absolvitur. 21 Aprilis

822 Bertolina de Clericis e Villa Orba Aquil. Dioc: contra aerem turbatum, et tempestates[?] solet in medio Atrij suæ domus circulum facere, et in eo reponit cultellos, secures, falces, et ferra huiusmodi respicientia contra Celum, de quibus a Rev.do suo Plebano reprehensa, audacter respondit: Che valeva più il suo modo di benedire, che il di lui, ancorche Sacerdote, et adducuntur testes. Decernitur procedendum. Aliud non apparet. 10 Junij

823 Susanna dicta de sss inchiatorei[?] dicti le Rive dell' edificio della valona Portus Naonis defertur uti maleficia, eo quod dixit, velle mortem inferre Jacobo del Sur[?] eiusdem Loci. 11 Julij

824 Fr. Antonius di Lazzari Ord: Miñ: de Obss: maleficiatos exorcizare defertur, non in Ecclesia, secundo usum 12 Januarij 1624

usum Ecclesiæ, sed in domibus maleficiatorum, et a spiritibus immundis obsessorum ad ... pellendas infirmitates, et constipandum mercurium pro confectione Alchimiæ: in domo similiter cuiusdam maleficiati SS. Eucharistiæ Sacramentum detulisse, ibique pluribus diebus cum magno scandalo asservasse, et in quodam Convivio nonnullis viris disputantibus, et asserentibus, Duellum esse casum reservatum Sedi Apostolicæ ac in eundem quemquam ex duello commisso incurrisse, dictum Fratrem Antonium se opposuisse, manumque ad eum ibi præsentem extendisse, dicendo: Andate, che io vi assolvo, ipsumque eum credidisse, se esse absolutum.

8125 Fr. Georgius Ord. Prædicatorum defertur, fera 5 maioris hebdomadæ, Concionem habuisse de passione Christi et ceremonias omnes fecisse, quæ fieri solent fer. 6 in Parasceve. Vocatur, et monetur, ut imposterum ab his abstineat. 10 Sept.

8126 Hieronymus Orsettus Legumdoctor Utinen: petit absolvi ab excommunicatione, ob lectionem Duelli Mutij. Absolvitur. 13 Dict.

8127 Silvester Molinarius Trevisanus, et Paulina ipsius Uxor habitantes in Fortalitio Palmæ, pluries visi sunt a denunciante, per aerem supra nubes deferri dæmonis arte a propria domo in dicto Fortalitio usque ad domum Antonij Tonsoris in burgo Utini, eamque ingredi sub specie umana, nam et ipse denuncians, et quidam Antonius della Gatta caupo in dicto Fortalitio eos in itinere secuti sunt. Addit etiam denuncians eos sub aliis formis vidisse; imo dictam Paulinam eum rogasse, ut suum maritum occideret, quia et ipsa postea maleficijs mortem inferret Uxori denuncianti, ut postea simul Matrimonium contrahere possent. 2 Iunij

8128 Valentinus Nihil Caballarius Utinensis, Andreas Verdronus habitans in Villa Nogaretto Corno, Petrus Bianchus, et Georgius Pellegrinus de eadem deferuntur ova, et caseum comedisse in Vigilia Pentecostes, licet moniti. Auditis testibus, ipsi quoque audiuntur, quorum alij suum errorem fatentur, alij se excusant. Oblatis defensionibus renunciant. Aliud non apparet. 7 Dict.

8129 Veneria Uxor Baptæ Russo, Cattarina q. Petri Durli, et aliæ è Villa Salazzoli, ad impetrandam a Deo pluviam deferuntur, in Nocte Pentecostes per villam simul deambulasse, quamdam superstitiosam Cantilenam cantando, quam alias ad eundem finem cantaverant, et monitæ à RR. Plebano, et Capellano noluerunt abstinere, quinimo eisdem irridebant. 10 Dict.

8130 Anna Sauna de Spilimbergo Concord. Diæc: defertur uti malefica, et plura maleficia comisisse. Testes deponunt contra ipsam, at illa omnia constanter negat. Expeditur cum pœnitentiis salutaribus. 12 Aug. 1625

8131 Joannes . . . natus a Parentibus Fidelibus in Croatia, ætatis suæ anno septimo captus a Turcis, ducitur ad eorum terram Urinedi, ubi cogitur abnegare fidem Catholicam, et circumciditur. Ætatis postea suæ anno quadragesimo fugam arripit, et in Fortalitio Palmæ factus miles, ad S. Inquisitorem se confert, petitque absolvi, dicens ore, non corde fidem negasse. Abiurat de vehementi, pœnitentiatur, et absolvitur. 28 Dic.

8132 Menica, sive Dominica e Villa Cremons Aquil: Diæc: defertur, ore proprio coram pluribus dixisse, se esse Benandante, et lamias, et narrasse quæ ipsa, et alij Benandantes operantur. Decernitur esse procedendum. Aliud non apparet. 15 Ianuar. 1626

8133 Joseph filius Jacobi Forzari è Terra Modea Arciducali Aquil: Diæc. cum esset annorum 19 factus miles ducitur in Fortalitio di Zara, cumque stipendium non sufficeret ei ad victum, ad terram Turcarum Zemonich profectus est, ubi post plura attentata fuisse mulctatus, ore fidem Catholicam negavit, non 4 Februar.

permissi-

permisit tamen se circumcidi. Inde fugiens, et ad Christianos reversus, se accusat in Sancto Officio de abnegata fide, petitque absolvi. Abiurat de vehementi, penitentiatur, et absolvitur in forma

834 Ezzerius Mouse Cordovato Concord: Diec: defertur, quia Sanctorum diebus vacare, nec monitionibus flecti. 21 Iulii

835 Dominicus del Negro Villa Cassa?, Nicolaus Morandinus, Jo: Andreas Falzagno, Cornelius Julius Altanus de Sancto Vito blasphemias hæreticales protulisse deferuntur. 8 Aprilis

836 Dominica Blancucia e Villa Roberti Concord: Diec: maleficiis graves infirmitates intulisse quibusdam viris, et mulieribus defertur. Decernitur procedendum ad formationem processus. Testes deponunt circa ipsam, ipsa vero constituta sibi opposita negat, quare dimittitur cum monitione. 22 dicti

837 Jacobus Victor dictus Maurinus e Villa Inpanro Aquil: Diec: una cum aliis deferuntur, sortilegium cribri fecisse, ad sciendum, quisnam furatus fuisset pecuniam Olorici Sacrabarra eiusdem Villæ. 4 dicti

838 Joannes Paulovich Dalmatinus e Villa Inota Ditionis Turcarum e Parentibus fidelibus natus, ætatis suæ anno 36 cogitur inservire pro famulo cuidam Turcæ, cumque ipse eum vellet occidere, ni fidem Catholicam negasset, timore mortis fidem, ut ait, ore, non corde negavit, permisit se circumcidi, et more Turcarum vixit, donec fugam arripiens, ubi Dalmatiam pervenit, ad P. Inquisitorem se contulit, errorum veniam petens, et absolutionem. Abiurat de vehementi, penitentiatur, et absolvitur. 30 dicti

839 Argentina filia Jo: Bapt. Camini de Misco, Helena Bertolina de S. Cassiano, Appolonia Capellari de Misco deferuntur uti lamiæ. Ex dictis Testium elicitur, Argentinam de fascinationibus irrosse locutam fuisse cum denunciante, quasi eas fecisset, aut eas facere vellet, et ipsam pariter ei dixisse, Helenam et Appoloniam esse lamias, quod et ex earum constitutis habetur. 8 Decembris

840. Zanetta Uxor Antonii Savonesii Comentarii e S. Cassiano de Misco quandam mulierem, defertur, edocuisse duo sortilegia qualificata, ut ipsius famæ suæ eam diligeret. Statuitur procedendum; at Rea prætenso dicit, se petiisse dumtaxat, non edocuisse, sortilegium quoddam, quod expertum fuerat ab alia fœmina. 29 dicti

841 Jo: Hen. Paulus e Francofort in Germania hæreticus Lutheranus petit reconciliari S. Matri Ecclesiæ Romanæ. Iubetur instrui in rebus fidei, Abiurat, penitentiatur, Absolvitur, et dimittitur. 16 Martii 1627

842 Jo: Bapt. Gallitia famulus, cui nomen . . . defertur, reposuisse bursam continentem semina sub Altare Maiori Ecclesiæ Modii, ut super eadem Missa septies celebraretur. Decernitur procedendum. Aliud non apparet. 16 Julii

843 Fr. Franc. Cex Montagnana Sac. Ord. Min. de Obs. defertur coram multis ex suis Fratribus in Conventu Civit. Fori Julii dixisse: mi tengo più certo, che i Turchi si salvino, che i Frati, et Corrigenti respondisse: quello, che hò detto, hò detto. 22 Iulii

844 Hieronymus Czechiul e Villa Orecchio Aquil: Diec: defertur, curare maleficiatos, quos et fatetur cognoscere, uti et maleficas, quas nominat proprio nomine, licet eas non viderit. Audiuntur testes, postea siletur. 21 Ianuarii 1628

845 Paulus Scorpanich a Civitate Signæ, quæ est in Dalmatia e Catholicis ortus, a suo Avunculo suo Turca ætatis suæ anno 19 ducitur inter Turcas, sed licet tentatus pluries perseverans in fide ab Avunculo ducitur in domum, ubi inebriatus fidem negavit, cum autem resipuit, penituit in Corde suo, statuitque ut primum fugere, et ad Christianorum partes se transferre, quo Deo iuvante, facto, coram P. Inquisitore se præsentat Apostasia se accusat, petitque absolvi. Abiurat de vehementi, Salutares penitentiæ ei iniunguntur, deinde absolvitur. 12 Februarii

846 Prosperi

846 Prosper rel: q. Leonardi . . . . e Villa Pretoreti. maleficia operari defertur. 15 Aprilis
Perinus Radius et Maria Blancuzza de eadem similiter maleficia operari deferuntur, et quamplures e dicta Villa infirmatos esse ad tempus.

847 Petrus Buri de Almissa in Dalmatia, cum esset Arbe Miles contraxit amicitiam cum quadam Catherina Nubili, a cuius Matre introductus in domum, carnaliter per mensem est conversatus cum illa; quodam mane cum simul essent in lectulo, comparuerunt Pater, Mater, et frater dictæ Catherinæ, cum aliis armatis, qui eum coegerunt, matrimonium inire cum Catherina, quod et fecit, nullo intra se consensu præstito, ad vitam tuendam. Post aliquos dies discessurus, Catharinæ dixit, quod eam minime pro Uxore habebat, quia coactus fecit. Sinde discessit, ac apud eam reliquit parvulum ex alia Uxore defuncta natum, relinquens eam in eiusdem liberam dispositionem. Elapsis quattuor mensibus, ad dictæ Catharinæ domum reversus ut parvulum acciperet, et ibi per mensem commoratus, etiam carnaliter eam cognovit, eandem ut supra faciens protestationem. Profectus Patavium Matrimonium contraxit, per nuncios, et per Epistolas Catharinam monens prius, quod Matrimonium Patavii contrahere disponebat, advertens eam, quod nullum erat matrimonium cum ea contractum, quia coactum, ideo ut vellet, de se disponeret. Tandem se submisit S. Officio, asserens nullum habuisse scrupulum pro contractione secundi Matrimonii, tenens primum fuisse nullum, quia coactum. Depositio itaque hæc mittitur ad Sac: Congregationem, quæ rescribit super quadam specialitate, quæ tamen nota erat ex ipsa depositione, circa matrimonium initum cum Catharina. Aliud non apparet. 5 Maii

848 Jacobus Vechi Civitat: denunciatur uti maleficus excellens, qui tamen præcedenter ex furto comisso in Fortalitio Palmæ ad triremes damnatur. 20 Maii

849 Jo: Bapta Nori e Campolongo Cadubrii defertur, carnes comedisse una die Quattuor temporum Quadrag.s pluribus præsentibus, et Lutheranorum more vivere. 16 Aug. / 2 7bris / 10 7bris

850 Donatus dictus della Mora e Villa S. Avvocati districtus Burlilarum Concord. Dioc. defertur uti Malleficus valde excellens. Testes deponunt pro Fisco, et ipse citatus non comparet. 6 Maii

851 Valentinus de Comitibus Utinen. se accusat, militasse cum hæreticis contra fideles, inserviendo Principi de Oranges, et cum eisdem carnes diebus a Ecclesia vetitis comedisse. Veniam itaque, et reconciliationem petit. Abiurat de vehementi, absolvitur in forma, et ei salutares pœnitentiæ iniunguntur. 30 d.

852 Joannes Rucer a Civitate Linoth ex Catholicis Parentibus natus, cum esset annorum undecim incidit in errores Calvini, easque secutus fuit usque ad annum vigesimum tertium, nil petit. Itaque se accusat sponte, abiurat de vehementi, pœnitentiatur, absolvitur. 18 Iul. / 10 8t

853 Iulius Guagliano Miles Civitaten. sponte se accusat de quadam compositione facta ad amorem ex ossibus hominum, bestiarum, Ceræ Pascalis, Reliquiarum, et aliis superstitiose efficienda. 12 8bris

854 Andreas Thuse Civitate Linin in Regno Animarca Hæreticus Lutheranus petit reconciliari S. Romanæ Ecclesiæ. Abiurat de vehementi, absolvitur, et in numerum Catholicorum recipitur. 12 Aug.

855 Anz.

1631

855 Ant. Zurich è Civitate Nainstot Ducatus Bavariæ Calvinista, et Joannes Ritter de Pa- 17 Julij
latinato ex Opido Michele Lutheranus petunt Romanæ Ecclesiæ reconciliari, abiurant
de vehementi, pœnitentiantur, absolvuntur.

856 Mehemeth filius Mustafa Turca in numerum Catholicorum recipi se rogat, instruitur, et inter 18 Julij
Catholicos prævia abiuratione, enumeratur.

Polichronius Grecus a Candina Diœc. Mistrah ex Parentibus Catholicis ortus, cum esset annorum 18
a Christo recessit, et Neapolim de Romania Turcarum profectus est, ubi famulando, sic vivere iubebat
inopiæ, at accusatus de crimine falso ei attributo, cum morti tradere volebant, unde hoc
timore perterritus, fidem negavit ore, non corde, ut dixit, ut mortem, quæ imminens
erat, aufugeret. Pœnitentia ductus rogat pro absolutione. Abiurat de vehementi, pœ-
nitentiatur, et absolvitur.

857 Fabius Ottomi Civitaten. una cum Eustachio Soriano Civitaten. deferuntur, circa hebdomadam san- 25 Aprilis
ctam, clericam fecisse cani R.mi D.ni Decani maioris Ecclesiæ, quod et scandalum peperit 1632

858 Cirinus Radicco e Roveredo cuidam dicenti sibi: voi sete un vom del Diavolo, respondisse. deferetur. Sono 5 Martij
di Dio, ma sono ben dei Signori: se Dio non mi vorrà, il Diavolo mi vorrà. 1634

859 Nadalia Grissola Civitaten. defertur multa maleficia comisisse, ex quibus multæ infirmitates, ac mors 7 Aprilis
aliquorum secutæ dicuntur. Testes depositione faciunt contra ipsam, quæ plures constituta, sibi opposita negat,
et cum ex processu neque hæresis, nec hæreticalia, nec apostasia a Fide, neque Sacramentorum, aut
Sacramentalium abusus resultet, tanquam non spectet ad S. Officium devenire ad expeditionem causæ, in-
dicia consignantur Ill.mo D.no Provisori Civit. Forijulij, die dissentiente Exc.mo Senatu.

860 Petrus Flaminius Utinen. se accusat, firmiter credidisse non dari infernum. Abiurat itaque, et absolvitur 10 Aprilis

861 Donatus Degato de quo n.o 850 defertur ad domum cuiusdam infirmi se contulisse, ut eum a febri libera- 7 Julij
ret, et intra cubiculum cœpit invocare diabolum, et blasphemare Deum, deinde iussit infirmo, ut
carbonem a se preparatum, et ovum pariter comederet, quod tamen infirmus facere noluit, cui
Donatus subiunxit: Piglia l'ovo in mano, e se non lo vuoi mangiare, gittalo via, o Diavolo va là
in tanta malora, quod exequens infirmus, paulo post mortuus est.

862 Anna filia Georgij . . . di Città di Potzin Villa de Promerania Provinciæ Germaniæ orta ex pa- 10 X.bris
rentibus Lutheranis petit recipi in numerum Catholicorum. Abiurat, absolvitur, et reconciliatur

863 Bartolomeus . . . incola Villæ Clastræ Plebis S. Leonardi de Schiavonia defertur multas superstitio- 12 Ianuarij
ni commettere, inceptitur processus et carceratur reus pretensus, at P. Inquisitor graui infirmitate 1635
Utini detentus, Ill.mus D. Provisor Civit. Forijulij processum accipit, et apud se retinet. Aliud nil apparet.

864 Andreas Fantebon Venetus, et Joannes Perossa Ponte Sinaiis irrisorie, et scandalose abutuntur Confes- 26 Martij
sionario in Ecclesia S. Joannis Pontis Sinaij, ille siquidem tanquam Confessarius sedens, iste tanquam
pœnitens genua flectit, et accipit a primo benedictionem cum manu, tanquam absolutionem a pecca-
tis. Completo processu, petunt indicia, ut suas faciant defensiones, quibus postea renunciant. Abiurant
itaque de levi, eis pœnitentiis salutaribus iniunguntur, deinde absolvuntur.

865 Sebastianus Magrini incola Suburbij Pontis Vadonis defertur a propria Uxore Andriana, quod eidem 2 Aprilis
stilum evaginatum tradidit, precipiens ut illud immitteret, et infigeret in quadam pia Imagine ex ligno,
minans ei mortem, quod facere cum recusaret, tamen timens mortem, stilum infixit in dicta Imagine,
et Sebastianus vim faciens manui Uxoris, stillum in Imagine confregit.

866 Angelus Tirio

866 Angelus Sirico Cretensis reconciliatur Ecclesiae Catholicae 10 Xbris
Franciscus Mezzo e Civitate Rethymna, Ratione, quae est in Insula Candie reconciliatur Eccl.ae Catholicae 11 dec.
867 Jo. Bapta Frostleps Alemonensis aetatis annorum 12 mittitur a Patre in Villam Orletam [illegible], ut ibi 13 Febr.
literas disceret, et exceptus hospitio ab Avo heretico Lutherano, quatuor annis manens apud illum more 1635
Lutheranorum vixit, nunc autem domum reversus ac poenitens coram S. Officio se sistit petitque reconcilia-
ri S. Romanae Ecclesiae
868 Georgius Deplarza Teritorij Civitatis Alessio in Albania Graecus Schismaticus reconciliatur S. Romanae Eccl.ae 15 Marty
Gicciadus Struglio Utinensis in Germania carnes cum aliis comedisse diebus vetitis sponte accusat, et etiam 20 dec.
credidisse Lutheranos posse salvari. Abiurat, et absolvitur.
869 Daniel Schuile e Civitate Genevensi hereticus Calvinista petit reconciliari S. Romanae Ecclesiae. 24 dec.
Praevia itaque heresum abiuratione, poenitentiatur, absolvitur, et in numerum Catholicorum recipitur.
870 Jacobus Armida Cementarius Utinensis defertur, super hitiis, medicamentisque ad curandos infirmos. 10 Juny
carceratur. Auditis testibus ipse quoque auditur, qui omnia sibi opposita negat, unde admittitur
ad carcerem. Aliud non apparet.
871 Leonardus Ermanus e Civitate Augusta e Patre Catholico, sed e Matre Lutherana ortus, mortuo Patre, 18 dec.
a Matre in heresibus Lutheri educatus, tandem Utini perveniens abiurat heresim Lutheri, et S. Rom.ae Eccl.ae reconciliatur.
872 Maria q. Bartolomei Kestier Austriaca ex Provincia Slesiae heretica Lutherani petit recipi in numerum Catholico- 20 dec.
rum. Abiurat, poenitentiatur, absolvitur, et S. Rom.ae Ecclesiae reconciliatur
873 Angela Uxor Matthei Michilini de Porte Naone ex quodam indicio defertur ut lamia, et etiam ex ore proprio 13 July
874 Fr. Franc.us Olmi Venetus Ord.is Min. Convent. alleviando blasphemasse defertur, hoc modo: Dio tu non sei Dio, 28 9bris
ma sei un diavolo.
875 Petrus Damianus Salles Calvinista recipitur in numerum Catholicorum praevia abiuratione, et absolu- 6 Aprilis
tione, additis ei salutaribus poenitentiis. 1637
876 Jacobus Calapriud de Verlet Almatiae Ditionis Turcarum cum esset Miles in Statu Mediolani carnes 17 dec.
comedisse ait, diebus vetitis aliquando ex necessitate, aliquando vitio gulae. Plura etiam ex [illegible]
didicisse, quorum aliqua ad praxim reduxit, veniam petens. Abiurat, poenitentiatur, absolvitur
877 Georgius Veliz e Villa Serbal Civitatis Cathari hereticus Schismaticus recipitur ad unitatem S. Romanae Ecclesiae.
878 Nicolaus Marcovich e Villa Lipu Schismaticus Bossinae recipitur ad unitatem S. Romanae Ecclesiae. 4 Xbris
879 Demo Turca e Terra Valear in Albania e Patre Turca, Matre verò fideli; Ali Turca e Basha quae 21 9bris
est Terra in Albania e Patre Turca, Matre verò fideli; Ali Turca e Turrichio ibidem e Patre 7 9bris
Turca, Matre verò fideli, Milites in Fortalitio Celmi, ibidem baptizantur.
880 Augustus Eidman de Hautenraris Principatus [illegible] hereticus Lutheranus petit recipi in nu- 18 Marty
merum Catholicorum. Abiurat, poenitentiatur, absolvitur, et fit Catholicus 1638
881 Nicolaus Botegezi de Zuce Ditionis Turcarum Civitatis Cetari in Albania Graecus Schismaticus petit 15 Aprilis
uniri e Rom.ae Ecclesiae. Abiurat, absolvitur, poenitentiatur, et Sanctae Romanae Ecclesiae unitur.
882 Andreas . . . e Civitate Groningen in Frisia hereticus Calvinista, petit in numerum Catholico- 21 dec.
rum recipi. Abiurat, poenitentiatur, absolvitur, et fit Catholicus.
883 Presbiter Hieronymus Vettina Vicarius Curatus Ecclesiae . Danieli . Toreudi dioec. sponte se accusat de 12 Janu.
retentione quorumdam scriptorum e Marthae Fialani eiusdem Loci, de qua infra num.o 1639.
quibus Martha d.a aiebat, Animas parvulorum decedentium sine baptismo salvandas esse per mi-

sericordiam

sericordiam Dei, eo baptismum a S. Io. Baptista ipsis conferendum post diem Iudicij; revelatio- 1639
nes, et visiones se habere, et per ipsam Martham plures animas ad Deum converti, multaque eve-
nire iuxta eius predictiones, cuius vitam ipse Presbiter scripsisse fatetur, quasi Beata in Celo,
eique adhesisse, et credidisse. Penitentia ductus S. Officio scripta dicta relinquit, et
abiurat de levi, et penitentiatur, et dimittitur, prepria absolutione.

884 Lucas Fini Cimariensis e Loco Orose ex Parentibus Fidelibus ortus, relicta fide Catholica, Mahume- 21 Ianuarij
tice secte adhesit. Nunc penitens petit recipi in numerum Fidelium denuo, Abiurat, absol-
vitur, et salutares ei penitentie iniunguntur.

885 Zaneta Uxor Iacobi Penaccdini incola Sacili defertur, ex cineribus capitis humani ab ipsa 27 Aprilis
combusti, et sanguine proprio e digito extracto, maleficium fecisse, ut matrimonium se-
queretur inter Virum, et Puellam, quorum nomina in denunciatione non apparent.

886 Alexander Selanderbex Provincia Bosnia natus ex Parentibus Grecis, anno etatis sue decimo 21 Maij
quarto captus a Turcis, a quibus coactus, Fidem negavit, eorumque mores servavit; tandem
fugiens, ad Catholicos venit, et sistens coram S. Officio petit absolvi. Abiurat itaque Aposta-
siam, penitentiatur, et absolvitur.

887 Georgius . . . de Schio nell'Arcipelago ex Parentibus Grecis natus, anno 12 etatis sue captus a i Iulij
Turcis coactus fidem negavit. Abiurat apostasiam, penitentiatur, absolvitur.

888 Sibilia Iosfi Utinensis, Demonem ex quadam desperatione invocasse se accusat, et cum illo triginta cir- 18 Septembris
citer annorum spatio conversationem carnalem habuisse, eique animam, et corpus donasse; Fidem
Baptismum, Deum, B. Virginem, Sanctos, Sanctasque ecclesiam multotiesque, et proprij sanguinis scriptis
abnegasse, firmiter credens S. fidem esse falsam, et que de penis infernalibus dicitur esse nugas: diabolum
esse verum deum, ideoque eum tanquam verum deum honoravit, et adoravit, et vocavit eum titulis
etiam moralis, et carnalibus: Blasphemasse Deum, Sanctos, et B. Virginem, quorum imaginibus ad servitia
naturalia utebatur pro alia carta: Sanctam Crucem in igne misisse: ex contemptu in aquam bene-
dictam carnales spurcitias misisse aliquando suadente diabolo, aliquando ex propria malitia: diabo-
lo precipiente, SS.mam Eucharistiam accepisse, in sudario respuisse, et in locum immundum proiecisse, non
credens Christum verum Deum sub illis speciebus reperiri. Quandoque noctis tempore a diabolo ad festa lamia-
rum portatam fuisse, ibique comedisse, cum demonibus saltasse, et luxuriasse. Que omnia, cum
esset Laureti, abiuravit, sed ad eadem rediit, ideoque in hoc S. Officio sponte comparuisse, ac iterum
abiuravit, sed iterum ad primos errores rediit, quos iterum abiuravit. Tertio cecidit in eosdem erro-
res, et abiuravit, saluberrimaque documenta ei data fuerunt per P. Inquisitorem de S. Congregatione pro
vitanda reincidentia, sed iterum priora repetiit, iterumque in Apostasiam lapsa est. Scribitur
ergo ad Sac. Congregationem, que iterum facultatem tribuit eam absolvendi, et monita salutis offert.

889 Catharina . . . Utinensis gravibus ex indicijs denunciatur ut malefica. 4 Novembris
Dominicus Faber Gnariensis et Titon delle Tranquille defeuntur, ob proprio dixisse coram plu-
ribus: Che erano Benandanti.

890 Magdalena di Villa Cente incola Vini defertur, sortilegium cribri docuisse quamdam feminam, 17 Februarij
ut sanaretur. 1640

891 Maria Salome Chiniedin e Civitate Bettin ex Parentibus Lutheranis orta, petit reconciliari S. Ro- 22 Martij
mane Ecclesie. Abiurat, penitentiatur, absolvitur, et reconciliata dimittitur. 1641

892 Mathias

892 Matthias chinisbeg e Patriano hereticus Lutheranus reconciliari petit S. Romanæ Ecclesiæ. Abiurat, pœnitentiatur, absolvitur, et fit Catholicus. 2 Aprilis

893 Jo. Petrus de Zimara Græcus Scismaticus absolvitur, et Ecclesiæ Latinæ reconciliatur. 10 dicti

894 Ales Diegoff in pertinentiis Zuppe . . . Regni Macedoniæ ritus Persianorum tenens, recipitur in numerum Catholicorum. eadem die

895 Jacobus Iaominus de comestione carnis in die veneris accusatus. 12 Maij

896 Georgius Paterus ex Cephalene insula, mari se Villa Pezer Vallis Alexandriæ Græcus, petit uniri S. Romanæ Ecclesiæ. Abiurat, penitentiatur, et absolvitur. 12 dicti

897 Magdalena Sclava defertur, caudam felis immisisse in os parvuli, qui lac suggere nequibat, et quædam verba submissa voce protulisse, deinde Matri eiusdem Parvuli dixisse: che a far questa Azzione, non era alcun peccato. 16 Augusti

898 Iustina Uxor Bernardini . . . Utinensis ex gravibus indiciis denunciatur ut malefica. Conficitur Processus, qui truncatur ex dictis Medicorum in favorem eiusdem rea prætensæ. 2 7bris

899 Fr. Raphael Persius Bellunensis Ord. Min. Con. iteratis vicibus defertur sollicitasse in Confessione ad turpia quandam Puellam Nubilem Contubernalis, eique dixisse, nullum esse peccatum, eique inhibuisse ne cuiquam Confessario de his confiteretur. 8 8bris

900 Jo. delle Tranquille, alias Viton, de quo num. 889 sponte se accusat de Pronomine, quo communiter appellatur, scilicet Benandante, et de medicamentis superstitiosis exhibitis maleficiatis cum prolatione Verborum Sacræ Scripturæ in eorum applicatione. Dimittitur pro nunc. eadem die

901 Ianeus Brelicius de Brazasa in Cracovia ex Parentibus Catholicis ortus, duobus more Lutheranorum vixisse se accusat. Abiurat, Penitentiatur, et absolvitur. 15 eiusdem

902 Fr. Thomas de Martinellis de Porta Gruario Ord. Prædicat. defertur, feminam in Confessionario feminam sollicitasse imediate post illius Sacramentalem Confessionem. 6 Novembris

903 Demetrius . . . ortus Piecari Provinciæ Cimariæ Græcus Schismaticus, deinde ad Turcarum sectam conversus petit absolvi, et fieri Catholicus. Abiurat, penitentiatur, absolvitur. 5 Januarij 1641

904 Christophorus Casari e Pago Velola Civit. Austriæ, eiusque Uxor deferuntur, carnes diebus ab Ecclesia vetitis comedisse. 16 Febris

905 Franciscus Casari, vel Casal. Bergomensis, et Pasquetta Marzenija carnes comedisse in Quadragesima in Domo Josephi Davis Utinensis. 31 Maij

906 Joannes . . . e Loco Zamplerol Provinciæ Simariæ Græcus Schismaticus, deinde Sectator Turcarum sponte comparet, et petit absolvi, Penitentiatur abiurat, absolvitur, et fit Catholicus. 4 Aprilis

907 Orens Gega e Loco Perfandan in Albania a Græcis Parentibus ortus captus a Turcis, coactus ab eis Fidem ore, non corde, ut ait, negavit. Veniam erratorum petit. Abiurat, penitentiatur, absolvitur, et dimittitur. 15 dicti

908 Gin. Church e Loco Boor Provinciæ Provinciæ Cimariæ, et Nicagio Meila e Loco Cheulat eiusdem Provinciæ Schismatici, postea capti a Turcis, eorum ritibus adhæserunt. Veniam petunt, et absolutionem. Abiurant, pœnitentiantur, et absolvuntur. 29 dicti

909 Fr. Nicastro Ord. Min. Con. tactibus, osculis, et verbis magis pluries in Sacramentali Confessione sollicitasse quandam Puellam Nubilem in Ecclesia dicti Ordinis Glemonæ, addens: 21 Maij

huiusmodi

huiusmodi facta non esse peccata.

910 Georgius Merianus ex Insula Corcyrae Schismaticus petit uniri S. Romanae Ecclesiae. Abiurat, absolvitur, et Ecclesiae Latinae unitur. — 24 Maij

911 Joannes Bitze Villa Nadahl Comitatus [illegible] Regni Galliae, Dioec. Calniae hereticus Calvinista petit reconciliari S. Romanae Ecclesiae. Abiurat, poenitentiatur, absolvitur, et fit Catholicus. — 17 dicti

912 Dominica Franquilla Moretta Utinensis defertur, puerulam ex pasta fecisse, eumque Cruci affixisse, putans Illmum Comitem Germanicum Savorganum moriturum, eo quia eam noluit eam accipere in uxorem, sicut promiserat. — 12 Augusti

913 Georgius . . . de Russia Provinciae Romaniae Schismaticus petit uniri S. Romanae Ecclesiae. Abiurat, ei salutares poenitentiae iniunguntur, absolvitur, et inter Catholicos annumeratur. — 13 dicti

914 Luca . . . . ortus Villa Provinciae Schismaticus inter Turcas vixit plures annos, eorum ritibus ignoranter adhaesit, postea fugam arreptus, petit nunc reconciliari S. Romanae Ecclesiae. Abiurat, poenitentiatur, absolvitur, et fit Catholicus — 24 Iulij

915 Joseph Nasta e Panormo Regni Siciliae sponte se accusat de iterato baptismo, veniam petens. Aliud non apparet. — 19 Novembris

916 Joannes . . . Schismaticus ortus Mitteleni petit recipi in numerum Catholicorum. Abiurat, absolvitur, poenitentiatur, et fit Catholicus. — 22 dicti

917 Presbyter Antonius Pasqualinus de Rom. Aquil. Dioec: Curatus Ecclesiae S. Petri in Burgo Aquileiae tribus denunciationibus per plures annos sollicitasse defertur in Confessione [illegible] quibus habitis, Reus praetensus Carceri mancipatur, tribus constitutis oppositas sibi obiecta negat, iterum, atque iterum constitutus aliqualiter fatetur, deinde se excusat, tandem remanet convictus. Iubetur itaque abiurare de vehementi, privatur cura animarum, et confessione feminarum perpetuo, ad quinquennium carceri damnatur, et aliae poenitentiae ei iniunguntur. — 2 Januarij 1642

918 Michael Pope e Villa [illegible] habitans in Villa Trisani Aquil. Dioec. duabus denunciationibus temporis intervallo defertur ut maleficus, fuisse maleficiis parvulos infirmitates intulisse pluribus ex quibus nonnullos obiisse putatur, tempestates excitasse, et ore proprio dixisse, se esse principem lamiarum, ad eorumque conventum ivisse, maleficia a demonis efficere, et dissolvere. Fit processus, examinantur testes, fit consultatio, et Carceratur reus et constituitur, qui qualitatibus lamiarum loquitur, seque excusat de quibusdam maleficiis a se dissolutis, et aliquando dicta obiecta negat, tandem confitetur, tres parvulos suis maleficiis necasse, et alia maleficia fecisse, et alia dissolvisse, Christi fidem plures negasse, Corpus, et animam diabolo donasse, tempestates excitasse, et diabolo ei praecipiente quandoque, peccata sua confessus est quibusdam arboribus, quae statim aridae factae sunt. His habitis ei defensiones offeruntur, quas admittit, sed nullas exhibet, tandem 20 die Novembris 1650, antequam de eo iudicium feratur, morte praeventus in carceribus extremum diem clausit. — 13 Julij

919 Fr. Thomas Marchetti Ord. Praedicatorum tactibus, et osculis in Sacramentali Confessione ad turpia sollicitasse defertur etiam iteratis confessionibus durante quasi viginti annorum. — 18 dicti

920 Fr. Franciscus Coricianus Ord. Min. de Observantia duplici denunciatione defertur, in Sacramentali Confessione per longum tempus sollicitasse ad turpia, sed post primam denunciationem ipse sponte comparuit in hoc Sancto Officio, seque accusat. Hoc totum apparet ex quadam epistola scripta a [illegible] Confessarii. — 23 dicti

921 Presb. Jo. Baptista Lacla, Ricsa e Villa Sedaino Curatus Meretti de Tiumba Aquil. Dioc. pluribus de- 6 Maii
nunciationibus accusatur plures foeminas in Sacramentali Confessione sollicitasse, quibus habitis car-
ceratur deinde constituitur, et sibi obiecta negat, iterum, atque iterum, postquam auditi fuerunt testes,
auditur, et semper negat. Offeruntur ei defensiones, et sine sumptibus Advocatus delegatus admittitur,
cum indiciorum copia, quam transcribit, quapropter et reus, et Advocatus auditur. Deinde
alium, atque alium petit Advocatum et integram copiam processus, quae ei negatur. Tandem
protestatur de nullitate actorum, et agendorum de caetero contra ipsum, dicens nolle iudicari ab
hoc S. Officio, a quo propterea appellat ad S. Officium Venetiarum. Melius tamen consultus produ-
cit capitula, et validas facit defensiones ex quibus apparet magna persecutione hanc esse. Postea
fracta duplici carceris sera, fugam arripit, et ad S. Officium Venetiarum se confert, et in eius car-
ceribus se constituit. Citatur itaque ab hoc S. Officio ad comparendum, sed cum non compareret
fit consultatio, in qua declaratur inhabilis ad curata Beneficia de caetero obtinenda, suspenditur a
Confessione, privatur Beneficio, banniturque, et si captus fuerit in hac Dioecesi damnatur per decem annos
ad triremes tanquam reus confessus, et contumax. S. D. Inq. Venetiarum scribit P. Inquisitori Utini
ut suspendat publicationem sententiae, adducens litteram S. Congregationis, ex qua cum nihil de
mandato S. Congregationis colligatur, sententia publicatur. In S. Officio ergo S. Officio Venetiarum consulta
prius S. Congregatione, eiusdem decreto dictus Presbyter dimittitur, et ad omnia habilitatur, non
obstante sententia S. Officii Utini.

922 Dominicus Cuberlignarius Utinen. defertur ab Ortensia eius Uxore cognoscere Maleficiatos, et dixisse se 11 Dec.
proprio posse eos sanare; se esse Benandante, et aliquando a Lamiis graviter offendi.

923 Fr. Franciscus Lambara de Brixia quattuordecim mulieres viginti annorum spatio in Sacramentali Confessio- 16 Dec.
ne verbis inhonestis, tactibus, oculis ad turpia sollicitasse, et aliquando extra Sacramentalem Confessionem
in Confessionali in Ecclesia sui Ord.is Min. de Obs.tia, ubique vel apud Altare peccata mollitiei
commisisse, aliquando mediantibus ipsis mulieribus, ad quae scelera patranda magis accendebatur ex
lacte ignium, quo eius facies aspergebatur, ipso excitante. Adhuc Moniales sui Ord.is in Sacramentali
Confessione, tum ante, tum post, tum etiam in Parlatorio pluries sollicitasse, quod et aliquibus sui
Ord.is Min. de Observantia Fratribus facere permisit, addens haec omnia ignoranter egisse, nesciens bullas
contra sollicitantes, veniam petens, et misericordiam; sed cum dictus Fr. Franciscus praeventus sit
ab alia denunciatione exhibita super eodem crimine a Vincentia Uxore Petri Tonsoris, et Chirurgi,
S. Congregatio mandat dictum Fratrem constitui super dictam denunciationem, deindeque ei dare defensiones.
Tandem S. Congregatio facultatem dat P. Inquisitori expediendi causam supradictam, sed dictus Frater
praesentat P. Inquisitori Scripturam quandam appellationis, et protestationis, qua omnino recusat eius
iudicium, habens eum suspectum, et inimicum. Profectus est itaque Venetias, et ad Excellentissimum
Senatum confugit. Aliud non apparet.

924 Simon Torgianellus Tudertinus se accusat de comestione carnium diebus prohibitis, ab Ecclesia vetitis 5 Junii
cum inserviret cuidam Lutherano, et ipso prohibente spatio septem mensium nunquam Missam
audisse. Veniam petit, et abiurat de levi, absolvitur, et ei salutares poenitentiae iniunguntur.

925 Joannes Solz de Clanton Ducatus Silesiae haereticus Lutheranus petit recipi in numerum Catholicorum, abiu- 6 Dec.
rat, poenitentiatur, absolvitur, et fit Catholicus.

926 Jacobus . . . Armentarius de Villa Bugnins Aquil. Dioc. defertur Maleficiatos cognoscere, et sanare, 10 Dec.
Lamias

camicos cognoscere, et esse i denandanté.

927 Benedictus . . . de Civitate Sidonea(?) Canea Regni Candiæ, et Antonius . . . Cyprus Græcum ritum deserantur, et Catholicum ritum amplectuntur. 10 Julij

928 Dominicus Zilerti Utinen. de auditu alieno defertur, primo die Quadrages.e primo die Quadragesime 14 7bris
tribus suis amicis in Mensa carnes apposuisse, et ipsis edere nolentibus, ipsas carnes dictus Ziberti
comedit, qui interrogatus, quare hoc fecisset, respondit, perche' così si fa a Costantinopoli, dove
son stato. Insuper primo die Quadrag.æ audiens Concionatorem loquentem de Confessione pecca-
torum, dixisse: Che Frate becco . . . che vuol far conscienza, che vado a dire li miei peccati
a Preti; e a Frati becchi . . . che hanno più peccati di me.

929 Dominicus Vergese e Villa longa Diœc. Tarbensis Provinciæ Galliæ . Narbonensis hereticus Calvinista 6 8bris
petit fieri Catholicus Abiurat, penitentiatur, absolvitur, et fit Catholicus.

930 Alexander Zartinus Mantuanus Medicus Phisicus Utini cum graviter decumberet, hortatus a pluri- 23 9bris
bus, ut confiteretur, huiusmodi nolentibus irrisisse, deinde hæreticales et infames propositiones pronunciasse,
quas, quantum poterat, studuisse defendere defertur. Recepta denunciatione per scripturam. Anno
sequenti reus ipse exhibet S. Officio scripturam, in qua scriptæ erant omnes propositiones ab ipso prolatæ, et
creditæ. Constitutus se retractat, in S. Officio abiurat de vehementi, penitentiatur, et absolvitur.

931 Cassanus . . . Thracia, et alij eiusdem loci ab Anno 1643, usque ad annum 1650 relicta Mahu-
meticis Erroribus, Fidem Catholicam prævio Baptismo susceperunt.

932 Fr. Henricus Campat de Lucero in Valtellina Ord. Prædicat. in Conventu Sancti Petri Martyris Civit. Austriæ sollicitasse, 5 Februarij
defertur, verbis mouisse quamdam Mulierem in Confessionali, nulla tamen præcedente confessione, aut 1643
subsequente. Venetias perexit, et in illo S. Officio se accusat de sollicitatione plurium Mulierum,
Veniam petens, et Exemplum dictæ spontaneæ Comparitionis transmissum fuit huic S. Officio.

933 Presbiter Andreas Bussignolo Curatus Ecclesiæ S. Mariæ Cordenoni Concord. Diœc. defertur, in Sacramentali 26 Dicti
Confessione sollicitasse semel quamdam mulierem ad secum carnaliter peccandum, idque eti-
am assequi tentasse modo superstitioso.

934 Gregorius Dalmata e Loco Macasella ditionis Turcarum ex Parentibus fidelibus ortus inservien- 13 Martij
do cuidam Turcæ, ab ipso suasus, Christi Fidem negavit, seque permisit circumcidi, et triginta
annorum spatio more Turcarum vixit. Denique ad loca Christianorum fugiens, in hoc S. Offi-
cio se accusat de Apostasia a Fide. Abiurat, absolvitur in forma, et salutares penitentiæ ei
iniunguntur.

935 Presbiter Franciscus Bradeu Vic. Curatus Villæ Osoppi sponte se accusat in Sacramentali Confessione, 14 Aprilis
vel post absolutionem in Confessionali semel sollicitasse ad Turpia quamdam Mulierem. Ab-
solvitur in forma, penitentiatur, et dimittitur cum monitionibus salutaribus.

936 Pelagius . . . Cretensis petit fieri Catholicus. Absolvitur, prævia abiuratione, penitentiatur, et 5o Maij
fit Catholicus.

937 Masso e Loco Alesse Albanensis una cum sex alijs capti a Turcis, a Fide Catholica defecerunt, 11 Augusti
petuntque reconciliari. Abiurant, penitentiantur, et absolvuntur.

938 Thomas . . . Zacinthius, del Zante, ex Catholicis ortus, quinque annos habitans inter Græcos, more 4 Februarij
eorum vixit, eorumque ritus servavit, petit itaque reconciliari. Abiurat, absolvitur, et ei 1644
salutares penitentiæ iniunguntur.

939 Marcolina

939 Marcolina Nella de Spilimbergo Concord. Diec. plura maleficia perpetrasse defertur. Ex dictis testium non sufficienter probantur indicia, et ipsa delata personaliter in S. Officio comparet, seque valide defendit, et validius per Sueturam, unde ad ulteriora non proceditur — p.º May

940 Antea Vxor Bartolomei Sterbelotti de Sacello Concord. Diec. defertur uti malefica — 0 dicx.

941 Fr. Vincentius Ord. Min. de Obs.ᵗⁱᵉ mulierem quamdam sollicitasse defertur in Confessionali nulla precedente, aut subsequente Confessione, petendo ab ea, ut sibi Mammam ostenderet. — 12 Junij

942 Olivus Calduse Villa Fossalta iussu Illmi, et Revdi D. Benedicti Capello Epis. Concord. coniicitur in carcerem, fama deferente, ipsum benedicere infirmos, quos putat maleficiatos, ipsumque esse Benandantem. Pluries constitutus, varius, et instabilis cernitur, ex dictis vero testium non probantur obiecta, quare ad ulteriora non proceditur. — 20 Xbris

943 Valentina Vxor Joannis Buchut e Villa Rosacis Aquil. Diec. verbis superstitiosis infirmos curasse defertur. — 12 Aplis 1645

944 Joannes . . . Cecus Giassico Villa Aquil. Diec. sponte se accusat bruta infirma præsentare, et curare desiere. — 10 Maij

945 Gaspar Gasparuti e dicta Villa sponte se accusat, bruta præsentasse, ne a Lupis lędantur. — eadem die

946 Zanutta Joannis Morguti Filia e Villa Fara Imperialis Ditionis defertur, iussu Magdalenę Vxoris — dicta die
1 Sebastiani del Conte e Villa Brazzani Aquil. Diec. totam nudatam se posuisse supra Conjum, et veluti equitando circuisse Campum plenum rapis, et ad fugandas erucas ipsa sequentia verba repetiisset: fui, fui ruie, che il mio Con ti mangi vie.
2 Zanutta relicta q. Joannis del Bon e Villa Brazzani, superstitiosa quędam fecisse, ut filium suum ęgrotantem sanaret, et superstitionibus valde deditam esse.
3 Zanetinus del Conte eiusdem Villę, pluries præsentasse Lupos, et semel Bovem amissum defertur.
4 Joanna Vxor Sebastiani Rosari defertur, edocuisse Margaritam del Conte, ut panem, et salem deferat Vrticę, et fugabitur Febris.
5 Tualda Vxor Josephi de Michere Villa Rutars Ditionis Imperialis supradictam superstitionem fecisse, defertur ad fugandas erucas.
5 Tualda prędicta sponte se accusat de eodem prętento, et de multis alijs.

947 Betta Saliotta Ostetrix e Villa S. Andreę subiecta Villę Brazzani defertur Livię Vxori Papię Feleani e Villa Visinalis detulisse superpelliculam nati Pueri, quam ipsa obstetricando abstulerat, ab ea requirens, an vellet dictam superpelliculam emere, super quam ipsamet novem Missas celebrare fecisset, cuius inde virtute eius vir eam deferendo pendentem a Collo, tutus esset ab armis. — ij dicx

948 Gasparina Busetta e Villa Visinalis Aquil. Diec. Cathalinam Vxorem Sebastiani Faleanij eiusdem Villę lacte privasse defertur, quod postea restituit, minis, et iniurijs dicti Sebastiani perterrita. — 13 dicx

949 Andreana Natalis e Villa Rutars, Matthię Pirini Vxor nomine Dominica de Rutars, et Mariuzza Vxor Valentini e dicta Villa incantare, et superstitiosa efficere accusantur in S. Officio. — 15 dicx

950 Appolonia relict. q. Petri Miani, e Villa . . . Brazzę defertur præsentasse Dominicum suum Fratrem, qui infirmabatur à Vermibus. — ead. die

951 Dominica Vxor Dominici Molendinarij de Villa Trus defertur, superstitiose eicere porosi manibus. — 18 dicx
Sebastiana Feleara e Villa Visinalis defertur, tria Orticarum folia reponere supra panem accissilenti.
Pasqua se accusat saltem, et panem Vrticę detulisse, ut suum virum a Febri liberaret, hęc verba

proferendo

proferendo: Bondi, Bondi vrriè tiò, che ti quitti dal zar, e dai dal, quod tamen nihil ei profuit,
et per annum integrum febri laboravit.

Maria Uxor Hieronymi . . . è Villa Trus sponte se accusat de eadem superstitione ad se facta ad fugandam febrim.

952 Andrea Zalitta e Villa S. Andreæ Aquil. Dioc. defertur, sponte se obtulisse Sebastiano Zanutino e dicta Villa, ad ipsum sanandum; et Ocream redidisse infecundam. 19 Maij

953 Catha Uxor Michaelis Bisentini e S. Andrea præsentasse defertur, brutum infirmum; eadem die
die verò sequenti se sistit Catha in hoc S. Officio, et de hoc, aliisque erratis sponte se accusat.

954 Marzuzza Uxor Valentini Brusetti e Villa Brazzana se præsentasse eruca sese accusat, edocta a Marcolina Uxore Leonardi Brusetto.

Magdalena q. Andreæ Piani filia eiusdem Villæ denunciatur de eadem præsentatione semel admissa, et ipsa postea sponte accusat de eadem in hoc S. Officio.

Appolonia . . . . eiusdem Villæ, Mamillas cuiusdam fœminæ præsentasse, defertur, ad illas sanandas, de quo et ipsa se accusat postea sponte, ac de aliis Maleficiis, et superstitionibus.

955 Maria Uxor Ioannis del Conte e Villa Brazzana se accusat de superstitione, ut a febri se ipsam liberaret, addens hoc remedium didicisse a Ioanna Uxore Sebastiani Cotta . . .

Ioanna supradicta de comestione Vermanæ sponte se accusat, ut se a febri liberaret, negat tamen hoc remedium edocuisse Mariam.

Pasqua Uxor Antonij . . . . e Villa Ziastico sponte se accusat de varijs observationibus, quot enim Cuculus cantulos emittebat, tot enim annis annis aiebat, se esse victuram.

Iualda, de qua supra, plures infirmitates præsentasse defertur.

Dominica Uxor Matthiæ Micheli e Villa Rutaris se accusat plura superstitiosa fecisse ad sciendum, quisnam futurus esset ipsius Maritus, imò se accusat, præsentasse erucas usu Luciæ suæ Matris.

Lucia itaque Mater Dominicæ defertur edocuisse præsentare erucas, et maleficiatos.

956. Bernarda Brun e Villa Ziastico nubes præsentasse, ait, ne tempestatem emitterent, eis pudenda ostendendo, et hæc uba proferendo: Iò nus fai che virtut cu pò fa' enest cul.

Ioanna Uxor Marci Lombaia habitans in dicta Villa se accusat, nubes præsentasse, et erucas.

957 Cattarina Uxor Dominici Fasanelli e Villa Rutaris defertur balneum parasse e novem fontibus, ut parvulum suum a morbo sicci liberaret. Loto puero, quædam alia Mulier supra Sambucum dictam aquam sparsit dicens: Bondì, Bondì sauc, qui bravi aridus factus est: Accusatur etiam de varijs præsentationibus factis.

Lena, seu Magdalena, vel Helena relicta q. Zannutti Picci eiusdem Villæ defertur præsentasse nubes, ne grandinarent verbis supra allatis, et ad hoc etiam coegisse parvulam suam filiam.

Catha sup.a dicta n.o 957. sponte comparet, et quæ obiecta negat, et alia perpetrasse fatetur.

Natalia Uxor Marci della Guarda di Rutaris defertur, introisse domum Sabiduzzæ Uxoris Matthiæ eiusdem Villæ, et nec verbum quidem dicens, nec aliquod petens, recto tramite adiisse Cunam, in qua iacebat parvulus filius dictæ Sabiduzzæ, quem osculata est dicta Natalia, quæ e domo egressa puer cœpit flere, nec ab hoc abstinuit, nisi postquam fuit a Sacerdote Benedictus, imò et eius Mater effectum Maleficij in se sensit, nam lac amisit, ad extremumque Vitæ ferè redacta est.

Lucia

Lucia Vxor Mattię Ribischiatto dicta Massa e Villa della Guarda li Ruttars defertur, ore propio dixisse, se agnoscere omnes Lamias, imò et maleficia operari.

Lana de qua supra defertur, maleficia operari, eaque alios edocere.

Zanneta rel. q. Andreę del Bon defertur ore propio dixisse: quod in die Jovis ipsa non net, siquidem tempore, quo ipsa net, boves non dormiunt, quod uerum esse compertum est.

Dominica Valentinuzza habitans sup. Montem S. Gabrielis defertur, praesentasse Boves Simonis Zucco, ne a Lupis devorarentur.

958 Joseph Micheli e Villa Ruttars defertur esse hominem superstitionibus deditum, et cum primò Juvencum ad vehendum adaptare intendit, in auribus eius hęc verba recitat: Và cussi volentir a tirà, cu và la polzette a Marit, deinde alia superstitiosa facit, uti potest videre in Denunciatione. 28 Maij

Joannes del Coz e Villa Brazzani de praesentatione brutorum accusatur.

Petrus Joannis del Coz Frater accusatur de eodem praesento, et quod Pastoribus illud idem communicaverit.

Bapta Tamburlanus de eadem Villa defertur docuisse Zannutam Vxorem Valentini Mani contra morbum dictum del Madone sumendum esse Cineres Capitis Ranani.

Catta Vxor Sebastiani Delleani e Villa Visinali defertur edocuisse Dominicam Vxorem Jacobi Magnasso e Villa Brazzani, ut tres Clavos dissimiles igniret, deinde aqua extingueret, eosque traderet ęgrotanti, et sanaretur.

Magdalena relic. q. Baptę Jacoppiti de Brazzano ad expellendum morbum dictum del fongat, caudam Catulę accepisse defertur, eaque os proprium signando dixisse: Fui fui fongat dalla Bocchie de Diaul, te discchiazze, idque pluries fecisse.

959 Cabida Vxor Josephi Trusincolo Brazzani accusat praesentasse Vaccas, cum esset quę illas hoc praesentum alios edocuisse. 5 Junij

Lenezza Schiava . . . habitans supra Montem Q^nes Aquil. Briec defertur, supradictę Cabiddę, et Catharinę Vxori Kristophori Felcaro de Brazzano se obtulisse, facere frandinaces, et alia superstitiosa operari.

960 Bapta Blazanus e Brazzano defertur, ad sanandum morbum dictum Sdiselon, bracchio dicto morbo correpto superponere palearum radices, deinde, bracchium ac si vellet praecidere, securim elevare, haecque verba proferre: Vostu plui prest muri di colp di Manaie, o di Sdiselon? et Patiens Brachium retrahendo respondebat: Jo neuf plui prest muri di manaie, che di Sdiselon; ille autem hoc, sex, vel quinquies faciebat, aiebatque quod si omnes paleę quibus bracchium superpositum erat, incidebantur, bracchium sanabatur.

961 Maria Cocodella e Villa Viscone defertur uti superstitionibus dedita. 12 Junij

962 Joannes Michula e Villa Dolegnano Parochię S. Joannis de Manzano defertur, praemonuisse Parentes Rev^{di} Presb. Zavriani Passini maleficiati, quod infra terminum trium dierum dictus Presbiter foret mortuus, quod de facto evenit. 26 dicti

963 Dominica Vxor Bartholomei Micheli e Villa Ruttars, de qua num^o 958 accusat, terram de Cœmeterio primò, deinde ranam secundò appendisse collo eius filię, ut eam a febri liberaret. 4 Augusti

964 Marinus

1646

964 Marinus Pilotte e Civitate Nantesi superioris Britanniæ Hæreticus Lutheranus reconciliari petit S. Rom.æ Ecclesiæ. Paterne recipitur, pœnitentiatur, abiurat, absolvitur, et fit Catholicus. 6. Januarij

965 Paula Uxor Francisci Machialato de Belgrado Aquil. Dioc. cum esset infirma, putans aliquo maleficio cruciari, sponte se accusat, vocavisse Dominicam Suchiana, quæ communiter pro Lamia habebatur, rogavitque eam, ut sciret, num maleficiis teneretur, quæ respondit: si che dette stregata, et extensa manu eius dextem super eam cepit mussitare, et verba quædam submissa voce proferre, statimque illa cepit esse contrita et [illegible] tamen in [illegible] [illegible]. denique post paucos dies requisita ut eam sanaret, respondit che se le avesse fatta [illegible] [illegible], averebbe potuto liberarla, ma che non avendola fatta, non potea liberarla. Itaque sponte deponens veniam petit. 12 Dit.

966 1 Rocus Faber
2 Dominicus Fran del Fabro
3 Jo. Bapta del Fabro
4 Valentinus del Fabro
5 Bartolomeus ipsius Frater del Fabro
6 Jo. Bapta Zanetinus del Fabro

e Villa Cibiana Cadubrij deferuntur, consuetudinarie verba sequentia proferre: Al cospetto, aspettone, aspettonazzo di Dio per Donna di Dio.

7 Vittoria Zenna Plebis Cadubrij se accusat, vocasse Catharinam di Pozzale, ut virum suum infirmum benediceret: benedixit ergo eum, ei panem dedit, et sanus factus est. 18. Martij

8 Angelus Marteli de Cadubrio laborans morbo dicto del verme, se accusat vocasse dictam Catharinam, ut eum benediceret; benedixit ergo eum, eique iussit, ut mingeret super urticam, quo facto sanus factus est.

9 Leonarda [illegible] Zaito e Villa Calalzi sub Parochia Plebis [illegible] deferetur benedixisse D. Annam Uxorem [illegible] Vittoris Callatini Cancell.rii Serenissimi Dominij Venetiarum.

10 Catharina de qua supra a beatam D. Anna vocata benedixisse defertur filiam ipsius ægrotantem. 5 Ap.

11 Jo. Bapta Jacomelli e Villa Calalzi Plebis Cadubrij sponte se accusat qualiter anno 1644 habens multa animalia, multa ex illis mortua sunt, ut ergo huic damno provideret, rogavit Dnum Stephanum [illegible] Pievar in Carnea pro aliquo remedio, qui dedit ei salem benedictum, et duo scripta, iubens, ut lignum, quod stabulum transiertit, terebra perforaret, et in eo foramine duo scripta immitteret, clavoque ligneo foramen obturaret; his expletis morbum lethalem extinctum vidit. Addens, alia vice, pro simili occasione di avenam ex hebreo Christianum factum di de [illegible] pro salute suorum animalium. Vocabatur ille Hiacyntus, qui duo folia ex papiro, in eisque quædam verba conscripsit, postea candela benedicta accensa combussit, et litanias in stabulo cantavit, subiungens: Che se fossero venuti tutti i Diavoli in quella stalla, le bestie non averebbero avuto più male. De Stephano supradicto iterum n.o 967, fuit enim processatus per S. Officium.

12 Jo. Maria Zoppa e Villa [illegible] Plebis Cadubrij defertur petiisse a Cipriano Zina eiusdem Villæ nummum argenteum, quo respondente, ob sui paupertatem nummos non habere, dixit ille. tu non me lo vuoi imprestare, et io ti dico che consumerai questo e degli altri ancora. Post quadraginta dies iste misit carnem [illegible] lixatam dicto Cipriano, qui licet eam nollet ob timorem comedere, tamen hortatus ab uxore, prævia benedictione, comedit. Accidit autem, ut Jo. Maria Bellunum peteret, et cum rediret, esuriens comedit et bibit.

Prosequens

Prosequens iter de repente adeo viribus correptus est, ut non nisi lento gradu Domum pervenire posset, ubi sex annorum spatio infirmus decubuit, addens habuisse ventrem grossum in modum que Statura maior nunquam effecta, sed semper iacuit in una, deinde cupiens mori potius quam vivere, disposuit mittere Iacobum Burti ad quendam Plebanum in Carnea pro aliquo remedio contra maleficia, at dum hec conarent, comparuit dictus Joannes Maria, qui ostendans compati infirmitati illius, dixit: stai di buona voglia, che ti non morirai di questo male. Non occorre che ti mandi in Carnia, che questa sera io verrò, e ti darò rimedio. Sero itaque sequenti reversus est ad Ciprianum, quem surgere fecit è lectulo, et ad ignem sedere, dixitque illi: Illuminarai un anno di longo la Madonna benedetta dell'Altarol, che stà in mezzo alla mia villa di Nesi. Et deinde addit bisogna pagarme mi, e poi lascia fare al Medego, cui Ciprianus: ti darò quel, che potrò, et ille: o Pover Huomo: ti hai un gran male, e sarresti morto, se non fossi venuto io a guarirti; et hec dicens manu inversa tetigit eius ventrem tumidum, qui in nocte detumuit, hocque sequentibus diebus faciens toti corpori eius, factus est sanus. Post hec dixit ei, quod diu Puella revalesceret, quod ita evenit. Super hec constituta fuit Maruetta Uxor Cipriani, et omnia deposuit sicut eius Vir.

13 Petrus de Iacobis Not.^us e Villa Peraroli Cadubrij defertur, quod proprio dixisse cuidam Gasparo Toscano Not.^io Villę Venas Cadubrij, apud se habere librum Necromantię, et captus amore cuiusdam Nobilis Puellę, ingressus cubiculum, stola, et superpelliceo indutus, cępit legere dictum librum, et ecce comparuit Puella, quę veluti esset mentecapta, sursum, et deorsum per scalam currebat, deinde prosequens ipse lectionem, apparuerunt tres viri vestibus regijs induti, quorum aspectu perterritus, abiectis a se stola, et superpelliceo, coniecit se in fugam.

14 Presb.^r Ioseph Cantinella e Civit. Foriiulij defertur, semel in Confessione, et semel in Confessionali sollicitasse mulierem

967 15 Presb.^r . . . Plebanus Villę Bavar in Carnea defertur superstitiose curare infirmos.

16 Cattarina dicta del Fabro e Villa Pozzali Plebis Cadubrij, de qua sub n.º 966 vocata, constituitur super signationibus, quas exercuit, et iubetur abiurare de levi; deinde inhibetur ei, ne quemquam audeat benedicere, sub pena Carceris etc.

17 Presb.^r Io: Bapta Capanus Arcidiaconus Canalis Forti in Carnia, et Plebanus Eccl.^ę S. Marię Plebis Forti ex latere Ovarij, de quo sub num.^o 966 ab Illmo et Rev.^mo D.no Patriarcha vocatus, ab eo remittitur ad P. Inquisitorem, a quo pluries examinatur, atque de benedictionibus, et exorcismis operatus est libere fatetur. Oblatis deffensionibus renunciat, unde inhibetur ei, ne amplius audeat exorcizare, et rebus benedictis uti contra morbos tum hominum, tum brutorum sub pena trium annorum Carceris formalis, aliisque ad arbitrium. 5 Aprilis

968 Jo: Maria Zoppa, de quo supra, processatur, carceratur, pluriesque constituitur. Ex dictis testium, eiusque Confessionibus remanet convictus, et vehementer suspectus de heresi.

Iubetur

Iubetur itaque abiurare de vehementi, poenitentiatur, et absolvitur ad cautelam, eique inhibetur exercitium artis medendi sub poena triremium quinque annorum, aliisque ad arbitrium. Hic tamen fictè poenitens iterum coepit mederi, quare iussu Illmi Inquisitoris dictis confecti sunt processus, qui habentur post citatam sententiam.

969 Georgius de Georgiis de Ospido Zumlarum Capetensis Dioc. defertur dixisse: se non credere, peccatum esse, carnaliter commisceri cum foemina. 7 Aprilis

Constantius Bataia de eodem Ospido
Guidus Cafoni in Eravallo Dioc. praedictae } deferuntur ore proprio dixisse: Lectioni Adnidis se additos esse.

970 Haereticus q. Ioannes Zittacci è Secta Graecorum Schismaticorum petit uniri S. Romanae Ecclesiae. Abiurat, absolvitur, poenitentiatur, et dimittitur. 9 dicti

971 Presbyter Iacobus . . . e Villa Peracol Plebanus Auronzii Cadubrii pluviam de Caelo superstitiose causare defertur, immittendo imaginem Crucifixi capite inverso in Fluminis fundo; at reus iste praetensus paulò post denunciationem mortuus est. 10 eiusdem

972 Presbyter Iacobus, qui supra, de eodem crimine accusatur, et mortuus esse dicitur. 19 dicti

973 Maria Paulus relic. q. Nicolai de Fontana bona Aquil. Dioc. spontè se accusat de simplici sortilegio, et de [illegible]. 31 Maij

974 Ioannes Pientbus rusticus e Villa S. Cassani de Meseo Aquil. Dioc. spontè se accusat de comestione Casei in Vigilia S. Matthaei, licet monitus de Vigilia. Abiurat, et absolvitur. 1 Iunij

975 Maria filia Gregorij de Danellis e Villa Forno di Sotto in Carnea Aquil. Dioc. spontè se accusat diu graves carnis tentationes sustinuisse, et quadam nocte, dum vehementer tentaretur, apparuisse sibi diabolum, et cum eo semel carnaliter peccasse, quod et post aliquot dies duplici actu iteravit, deinde diabolus ab ea animam petivit, quam tamen constanter ei promittere negavit, quare diabolus eam valdè divexabat, volebatque suffocare eam, ipsa vero Deum, eiusque Sanctissimam Matrem toto corde invocavit, et facta confessione aperuit, votum vovit, vivendi castè toto tempore vitae suae, et sic ab infestis diaboli liberata fuit. Veniam et absolutionem petit in hoc S. Officio. Abiurat de levi, absolvitur in forma, et dimittitur. 26 dicti

976 Petrus Valetius e loco Turis Vallis Lucernae Ducatus Sabaudiae, se accusat distribuisse coronas Patrum Camaldulensium, quas dicebat habere coniunctas indulgentias, quia sic esse credebat, et veniam petit. Abiurat de levi, et absolvitur in forma consueta. 1 Iulij

977 Eduardus Iachson Anglus è Civit. Oxoniensi Lutheranus Miles in Arce Palmae petit recipi in numerum Catholicorum. Abiurat solemniter in Ecclesia S. Francisci eiusdem Arcis, poenitentiatur, atque absolutus dimittitur. 10 dicti

978 Presbyter Petrus Morandinus Curatus Eccl.ae S. Clementis Villae Montanarij Aquil. Dioc. spontè se accusat, dedisse infirmis fragmenta hostiarum non benedictarum, oleum benedictum, quo ungerentur in certis corporis partibus, et sic sanarentur ab infirmitatibus suis. Inhibentur ei similes distributiones, absolvitur ad cautelam ab excommunicatione, et dimittitur.

979 Iacobus Kaibolz de Enzelpergh in Helvetia haereticus Lutheranus sponte fieri Catholicus. Abiurat, poenitentiatur, absolvitur, et fit Catholicus. 9 Novembris

980 Iacobus Lottier e Terra S. Michaelis sub Episcopatu Aix Provinciae Narbonensis in Gallia petit fieri Catholicus. Abiurat, poenitentiatur, absolvitur, et fit Catholicus. 14 dicti

981 Ioachim

981 Joachim Talber de Aldemburgo in Saxonia hereticus Lutheranus petit reconciliari S. Rom.ae Ecclesiae. Abiurat, penitentiatur, absolvitur, et fit catholicus. 10 X.bris

982 Bernardinus Bossina de Castellis, italice Porcia, Medicus Glemonae quemdam librum exhibet P. Inquis.ri ut illum corrigat, quem P. Rev.mus Guardianus Vicario consignavit, qui cum vidisset librum multis superstitionibus scatere, et esse prohibitum, dictum D. Bernardinum epistolam monet, qui tamen hoc indigne ferens, et putans P. Vicarium hunc librum usurpare vellet, impertinentem, ac insolentem litteram scribit ei ob restitutione dicti libri, imo P. Guard.mu Glemonae, et Ill.mum D. Co: Iulium Caesarem Savorgnanum rogat, ut librum sive expurgatum, sive non recipiant a S. Officio. Sic vero irreverenter dictis, et personaliter et per epistolas se habent cum P. Inquis.re At paulo post dictus Medicus personaliter se sistit coram P. Inquis.re, seque accusat de irreverentiis habitis contra S. Tribunalem, veniam petens, ostendensque se promptum ad satisfaciendum cuicumque penitentiae, quae ei imposita erit. Iubetur itaque iuxta Bullam B. Pij V. si de protegendis certos facere omnes cum quibus locutus fuit de sinceritate, et integritate huius S. Tribunalis, et Ministrorum eius sub pena excommunicationis latae sententiae S. Sedi reservatae, sibi, ac successoribus, deinde penitentiatur salutariter. 19 dice.

Dictus etiam Comes, et P. Guard.s Glemonae similiter coram P. Inquis.re comparuerunt, et veniam petierant de irreverentia respective S. Officio, eiusque Ministris illata.

983 Sebastianus Menossi e Villa Luciane Aquil. Dioec. sponte accusat se esse Benandantem, et ad Conventum Lamiarum spatio octodecim mensium perrexisse, veniam, et Misericordiam humiliter petens. In Congreg.ne itaque S. Officij previa convenienti monitione absolvitur ad cautelam penitentiatur, atque dimittitur. 8 Januarij 1647

984 Presb. Dominus Christoforus Utinen. Curatus S. Iacobi Utini se accusat fragmenta hostiarum benedixisse, et infirmis dedisse ad eos curandos. Monetur, ne amplius talia committat, et absolvitur ad Cautelam propter abusum rei, quae est Materia Eucharistiae. 18 dice.

985 Presb. Franciscus Liyarn Curatus S. Nicolai Utini se accusat benedixisse fragmenta hostiarum, easque infirmis dedisse ad eos sanandos. Monetur ut supra, et dimittitur. ii "

986 Dominicus Miol e Villa Camerformo oriundus incola Villae Grizzadelle Aquil. Dioec. Duplici denunciatione defertur uti maleficus, et sciens solvere maleficia. Testes testes sunt contestes, ipse autem Dominicus conijcitur in Carcerem, et tribus vicibus constitutus aliqua fatetur, aliqua vero negat. Defensionibus ei oblatis renunciat, et per suum Advocatum penitentem de erratis se ostendit; unde iubetur abiurare de levi, et in Festo S. Catharinae occasione nundinarum stare ante fores Eccl.ae Gratiarum cum Mitra in Capite, et candela accensa in manibus ligatis, et a Ministris custoditus; ei inhibetur invisere maleficiatos, eisque auxilium praestare sub pena triremium per tres annos, et ei aliae salutares penitentiae iniunguntur. [illegible]

987. Lis . . . incola Villae Trivignani defertur uti maleficus et communiter haberi pro Benandante, et ipsemmet cuidam Bernardino Blanco dixisse, che erano tre, che lo mangiavano 18 dice.

988 Sebastianus

988 Sebastianus Cervinus de Porto Ferrario in Etruria de lectione librorum vetitorum ob curiositatem; absolvitur, et dimittitur, quia sponte se accusat. 2 Martij

989 Carolus Mantica Abbas S. Firmi Minoris in Civitate Veronę Mauriciumne, et Muscatelum opera se legisse accusat 15 Aprilis

990 Angela relict. q. Jo. Baptę Zanella e Villa S. Osualdi Aquil. Dioec. defertur, dedisse frustum panis cuidam Puero trium annorum, quo facto post hesternos infirmatus est gravissime, cumque hoc cerneret Pueri Mater nomine Lucia comminata est Angelam, quę se excusavit, tamen post duos dies non vocata accessit ad Domum Lucię, tuncque Puerum infirmum dixit: questo Putto hà male, ma non dubbitate, non sarà niente, ma guarirà, et abijt. Puer autem cepit convalescere, brevique tempore sanus factus est. 17 dicti

991 Camillus Leoni Ceretensis vocatur ad visitandam infirmam, quam unxit in pectore, dorsoque cum verbis quibusdam proferendo, et signa faciendo, deditque ei cibum ad manducandum, ut eam ait, ait maleficium; at post quindecim dies moritur. 22 eiusdem

992 Osualdus . . . de Carnea Sutor indiciatur, reposuisse herbam trifolium sub tobalea Altaris Ecclesię Villę Mutarus Aquil. Dioec. ut novissime supra dictam herbam Missa celebraretur, aiens esse postea optimam ad trahendam quamcumque feminam ad amorem impudicum. Hoc sortilegium ipse narravit Joannis Perini e dicta Villa, qui cum alijs hoc idem deponit. 7 Julij

993 Michael Tomma ortus Tiraubten Principatus Vitembergh Lutheranus petit reconciliari Sanctę Romanę Ecclesię. Abiurat, absolvitur, penitentiatur, et in gremio S. Rom. Ecclesię collocatur 8 dicti

994 Christoforus Federti de Glemona sortilegium qualificatum commisisse ad amorem se accusat. Abiurat de levi, absolvitur, et ei salutares penitentię iniunguntur. 18 dicti

995 Salvator Canauchi e Civitate Candię Grecus Schismaticus petit uniri Ecclesię Latinę. Abiurat, penitentiatur, et absolvitur. 27 dicti

996 Jo. Petrus de Franceschinis Glemonensis defertur prohibitos libros etiam hereticales habere in sua officina expositos, et venales, eorumque heresis paulatim publicasse in dicta Terra, et licet monitus de eorum gravitate, eos tamen ad S. Officium mittere recusavit. Fit itaque ipsius officinę requisitio, et inventarium librorum, quos tandem S. Officio cedit. Auditis testibus citatur, comparet, et ei praecipitur, ne ab hoc Monasterio discedat, constituitur, et ei opposita confitetur. Offeruntur defensiones, quas facere intendit, sed cum postea graviter egrotaret, absolvitur, et extremum claudit diem in Camera tunc Superiori huius S. Officij. 26 7bris

997 Dominica filia Camilli ... e Villa Romano Dioec. ... in Villa ... Aquil. miserabiliter oppressa a Diabolo, se accusat, multoties a Jacoba, et ... eiusdem Villę ductam fuisse ad conventum Lamiarum, ubi Xpti fidem negavit, Crucem pedibus conculcavit, cum Diabolo pluries fuit carnaliter, cum quo Sponsalia inijt, a quo annulum accepit et ... fuit amicitiam cum dictis feminis semper servare et facere quidquid vellent, sed cum acquiescere nollet, ab ea abstulit annulum. Recepit tempore pluries Sacram Communionem, hostiam ex ore in porcorum labro exspuere, sic iussa a dictis Lamijs, hocque totum per quinquennium patratum est. Puellam lactentem ... e ... Diabolo ... quae etiam ... ut Deum, ignem, aquam, et Xpti Fidem malediceret, ipsi tantum ... Insuper a Lamijs edocta fuit ut in salutatione Angelica pro benedicta tu, diceret maledicta tu, et in Oratione dominica ubi dicitur: La notte l'hodie, ... dire, donaci hoggi, ... 5 dicti

erea

erea edocta fuit, ut in Ecclesijs hasta pudenda confricaret, et mammas libidinose tangeret, ex quibus tactibus plures pollutiones ei in Ecclesia evenerunt. Quadam die vidit Diabolum sub forma equi, qui postea in formam Ministri mutatus est, eique sua peccata aperuit, qui subiunxit, ne cuiquam Confessario confiteretur, eam velle in Uxorem. Deinde denudata iussu diaboli lectum ascendit, et cum eo carnaliter bis commixta est, eique promittens, dare quidquid vellet, dummodo numquam Deum aspiceret. Quoniam tamen diabolus eam valde opprimebat, in se reversa, veniam, et misericordiam petit a Deo, et a S. Officio, intendens omnia peccata confiteri. Quapropter subiecta fuit pluribus exorcismis in Ecclesia Fratrum Ord. Praedicatorum, et cum dicto suo consensu, diabolo eam continuo infestante absoluta fuit ab excommunicatione, nulla praecedente formali abiuratione, sed paucis tantummodo verbis labiorum prolatis pro abiuratione, absoluta quievit, et post parvum temporis a potestate diaboli liberata Christianam duxit vitam.

998. Presb. Iacobus de Simonibus Utinensis Canonicus Aquileien. petit veniam ob lectionem cuiusdam libri vetiti, cui titulus Il Corriero svaligiato. Absolvitur, et cum salutaribus penitentijs dimittitur. 13 Xbris

999 Presb. Iacobus Storra e Villa Quaderni Aquil. Dioc. Curatus S. Cantiani Villae Lancianj de sollicitatione duarum mulierum facta osculis, verbis, tactibus inhonestis in actu sacramentalis Confessionis, et uni earum dixisse, ne cuipiam Confessario confiteretur de hoc, veniam petens et absolutionem. Abiurat de vehementi, penitentiatur, absolvitur. 18 dic.

1000. Presb. Nicolaus Fracanellus Canonicus Utini defert S. Officio involucrum gossipij, in quo erat quaedam materia ignota, et ruvida, repertum sub tobalea Altaris S. Ioseph Ecclesiae Maioris Utini, in quo ipse tres missas celebraverat in die Nativitatis Dñi. 25 dic.

Die vero, 27 dic. mensis eiusdem sponte coram P. Inquisitore comparuerunt Marina Uxor Ioannis Castaldoni Patavini Macellarij Utini, et Cattarina Uxor Petri Iocani Pulsatoris Campanarum dictae Ecclesiae, illaque deposuit contra seipsam, habuisse pelliculam, seu secundinam, in qua natus est D. Baptista eius filius, apud se, et cum audivisset a quibusdam mulieribus, illam valere contra arma, dummodo super eam plures missae celebratae fuerint, rogavit Cattarinam, ut illam reponeret sub tobalea alicuius Altaris, quod et fecit, volens postea eam mittere dicto filio, qui eam petiit, veniam petunt, et absolutionem. Abiurant de levi, eis penitentiae salutares iniunguntur, absolvuntur, et dimittuntur. 27 dic.

Finis primi Millenarij Causarum Sancti Officij Aquilejae et Concordiae ab anno 1551 usque ad annum 1647 inclusive. Inquisitore Generali huius Sanctae Inquisitionis Reverendissimo Patre Magistro Ioanne Gregorio Gallassi de Bononia, scribente Patre Baccalaureo Laurentio Lamodanio Veronien. Sancti Officij Cancellario Anno Domini 1725

Secundus

Secundum Millenarium est dispositum ordine alphabetico in alio Libro pretitulato Nomenclaturæ.

et Causæ

Laboratorio di restauro del libro
MONASTERO DI S. CIPRIANO
MONACHE BENEDETTINE
TRIESTE

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE